De priorum scriptorum argenteae, quae dicitur latinitatis studiis scholasticis.

Prooemium.

Duabus inprimis conformatur rebus cuiuslibet scriptoris scribendi consuetudo et ipsius indole ingenioque proprio et aetatis communi quadam in litteris sermonibusque voluntate ac iudicio.

Unusquisque enim eiusdem saeculi homo eruditus easdem fere scholas frequentavit, eosdem fere libros lectitavit, iisdem fere circulis codemque usu continetur, eadem denique ratione excultam prae se fert mentem.

Quae cum ita sint, ad intellegendam cuius vis scriptoris dictionem scribendique rationem nibil tam valere quam totius actatis condicionem litterariam habitumque temporum nemco negabit.

Jam vero quanto quis est levioris ingenii proprii quantoque magis in litteris exsistit tanquam homo novus, eo facilius putandus est incidere in saeculi sui studia et volumtates iisque inservire.

Deinde, quanto magis praevalet saeculi auctoritas universarumque litterarum propria quaedam vis ac natura, eo minus fieri potest quin singulorum ingenia temporum non opprimantur moribus studiisque. Quibus rebus primo post. Chr. saeculo Romae coniunctis litterarum latinarum constituta est species singularis.

Neque enim alio tempore unquam cum singulorum ingenia scriptorum uno alterove excepto fuerunt magis mediocria, tum saeculi totius studia litteraria et scribendi dicendique consuetudo magis congrueus atqueae quabilis quam principum, qui primi. Augusto Caesari successerunt aetate.

Ac primum quidem erit nostrum temporum studium tunc ingravescens paucis describere.

„Non immerito dici potest ad nullam fere antiquarum litterarum aetatem illustrandam utilius adiumentum suppetere quam quo ad primum p. Chr. saeculum utimur, Senecae patris opus“[1]) inscriptum „Annaei Senecae oratorum et rhetorum sententiae, divisiones colores“ ae unum suasoriarum, decem controversiarum libros continens.

[1]) Leo: observ. crit. ad Sen. trag. p. 149.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quare ad rem patefaciendum ipsius utimur verbis: Contr I praef. 12: hoc genus materiae, quo nos exercemur, adeo novum est, ut nomen quoque eins novum sit. controversias nos dicimus; Cicero causas vocabat. Hoc vero alterum nomen Graecum quidem, sed in Latinum ita translatum, ut pro Latino sit, scholastica.[1])

Hic conferas Tac. diol. 35: „ipsae vero exercitationes magna ex parte contrariae, nempe enim duo genera materiarum apud rhetores tractantur, suasoriae et controversiae· ex his suasoriae quidem tanquam paullo leviores et minus prudentiae exigentes pueris delegautur, controversiae robustioribus adsignantur". Haec studia, unde sint orta quandoque et qua ratione coeperint celebrari, hi doceant loci:

Sen. praef 1.12: ... studium ipsum nuper celebrari coeperit, ideo facile est mihi ab incunabulis nosse rem post me natam.

ibid.: ipsa declamatio apud nullum antiquum oratorem ante Ciceronem[2]) et Calvum invenitur.

praef. 2, 5: primus omnium Latinus rhetor Romae fuit puero Cicerone Plotius.

ibid de Fabiano rhetore: habuit et Blaudum rhetorem praeceptorem, qui [primus] eques Romanus Romae docuit. Huc refer Tac. dial. 35: at nunc adulescentuli nostri deducuntur in scenam scholasticorum, qui rhetores vocantur, quos paullo ante Ciceronis tempora exstitisse . . . manifestum est.

praef. 3.15 hi corruptius iudicant, [qui] pueri fere aut iuvenes scolas frequentant.

praef. 10.4 de T. Labieno: non admittebat populum, et quia nondum hacc consuetado erat inducta . . . .

praef. 4.9 declamabat Haterius admisso populo extempore.

Vulgata haec „consuetudo" quantum contulerit ad scholasticum studium latius diffundendum, intelligitur facile. Accesit huic similis alius, qui tunc increbruit mos.

praef. 4.2 Pollio Asinius primus omnium Romanorum advocatis hominibus scripta sua recitavit (cf. praef. 10.8). Quae nova res, in quantum post abierlt aetatis studium, vivis coloribus nobis depingunt Tacitus in dial. 9 et Invenalis qui ipse fuerat rhetor scholasticus, in sat. septima. Ex his quos attuli locis apparet postremis liberae rei publicae temporibus ortum esse Romae studium elequentiae scholasticae, postea vulgatum in morem abiisse[3]) inde ab ultimis Augusti Caesaris temporibus.

Cuius rei quae fuerint causae quamquam distincte exponitur nunquam,[4]) tamen elucet e locis nonnullis velut.

praef. 1.7 in deterius cotidie data res (sc. facundia Romana) est sive luxu temporum — nihil enim tam mortiferum ingeniis quam luxuria est sive cum praemium pulcherrimae rei cecidisset, translatum est omne certamen ad turpia multo honore quaestuque vigentia . . . torpent ecce ingenia desidiosae iuventutis nec in unius honestae rei labore vigilatur." Similia affert.

Tac. dial. 28 quis enim ignorat et eloquentiam et ceteras artes descivisse ab illa vetere gloria non inopia hominum, sed desidia iuventutis . . et oblivione moris antiqui?

[1]) de verbi huius origine ac vi disseruit Klee in progr. Ostrowensi (1877) p. 8. sqq.
[2]) Cic. Brut. 310: commentabar declamitans — sic enim nunc loquuntur.
[3]) Tac. dial. 28 quae mala primum in urbe nata, mox per Italiam fusa, iam in provincias manant.
[4]) ideo quia sub Tiberio principe, cum edidit opus Seneca aperte loqui erat periculosum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vel. dial. 19: Cassium Severum . . primun adfirmant flexisse ab illa vetere atque directa divendi via, non infirmitate ingenii nec inscitia litterarum transtulisse se ad illud dicendi genus (sc. scholasticum) contendo, sed iudicio et intellectu; vidit namque . . cum condicione temporum et diversitate aurium formam quoque et speciem orationis esse mutandam. (cf. 33).

Verba qualia „luxa temporum" „condicio temporum" pertinere ad amissam libertatem rei publicae, nemo non videt.

Jam vero quae hisce Senecae et Taciti locis effecta esse puto, sunt haec:

Post bella civilia eloquentia Romana a „foro et a causis et a veris proeliis" in „auditoria et theatra" scholasticorum vocata est. Forensis eloquentia auctoritate cessit facundiae scholasticae. Non iam exercitationis causa ut ante, declamabatur, sed „ostentationis causa" scholasticus orator „cantabat", i. e. declamabat, voluptatis causa populus audiebat. Eloquentiae, ut ait Seneca studebant eloquentiae causa. Id denique effectum est, ut ingenia quoque Romana paulatium Augusto imperium obtinente averterentur a publicis negotiis „ad otia domestica" (praef. 3.1). In hisce rebus quivis versabatur, et princeps et consul et libertus. Principes illis studiis favisse[1]) mirum non videtur utpote quorum multum interesset „puerili hac exercitatione" animos hominum a re publica capessenda magis magisque averti. Quae cum ita sint, ingravescente cotidie studio facta esse scholasticorum aulas auditoriaque Tiberio imperante domicilium ac sedem non modo eloquentiae sed studiorum omnium ad litteras pertinentium nemo mirabitur. War ja doch, ut ait Hammer,[2]) die Rhetorenschule in der Kaiserzeit nicht mehr bloss die Vorbereitung für den eigentlichen praktischen Beruf, sondern der Mittelpunkt des geistigen Lebens in der Hauptstadt und der Provinz.

Jam vero non intra aulas suas sese continuit scholasticum, quod nuncupavimus studium, sed egressum ex umbris scholarum societates cunctas et convictus implebat vitamque et publicam et privatam rhetoricis et artibus et litteris infecit. Etenim ex Seuecae verbis de Latrone rhetore celeberrimo factis in praef. 10, 15 „nunquam solebat disputare in conviviis" potest intellegi, ne convivia quidem caruisse studiis talibus. Nonne ipsum Tiberium Caesarem Suetonius narrat quaestiones declamationes litterasque respicientes adamasse tractari.[3])

Sed quid mirum? Scholasticis studiis si qui inde a pueris imbuti ne viri quidem desierunt declamatorum circulis uti, non poterant non illius rei signa totam per vitam servare ac prae se ferre. „Die in den Jahren der größten Empfänglichkeit in so reichem Maße aufgenommenen und fest eingeprägten Eindrücke mußten ihre Wertung für das ganze Leben behalten."[4]) Nam „pueri fere ant invenes scolas frequentant (Sen. praef. 3.15) adulescentes deducuntur in scenam scholasticorum, qui rhetores vocantur (Tac. dial. 35), invenes profectus sui causa oratores sectantur (ib. 20).

Qui quam avidis auribus exceperint declamatorum explicationes testis sit idem

[1]) cf. Sen. contr. 2,4, 6,6; 10,5,22 Suet. Aug. 89: recitantes et benigne et patientes andivit; nec tantum carmina et historias, sed et orationes et dialogos.
[2]) Beitr. zu d. 19. gröss. quinct. Reden. Prg. München 1892 p. 5.
[3]) Suet. Tib. 56; 70.
[4]) Friedländer: hist. mor. III p. 384; p. 396; Nordeo: Ant. Kunstpr. I p. 236 sqq.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Seneca et Tacitus: Tac. dial. 20: invenes referre domum aliquid illustre et dignum memoria volunt traduntque invicem ac saepe in colonias ac provincias suas scribunt.

dial. 10: haec in ipsis auditoriis praecipue laudari et mox omnium sermonibus ferri

Sen. suas. 2, 10: recolo nihil fuisse me invene tam notum quam has explicationes Fusci, quas nemo nostrum non alius alia inclinatione vocis velut sua quisque modulatione cantabat." Similiter Quinctilianus de similitudinis figuris verba faciens dicit: „quae me iuvene ubique cantari solebant. (VIII. 3. 76).

Tacitus de se ipse profitetur in dial. 3: ego in iudiciis non utrasque (sc. Aprum et Secundum praeceptores suos) modo studiose audiebam, sed domi quoque et in publico adsectabar mira studiorum cupiditate et quodam ardore iuvenili, ut fabulas quoque eorum et disputationes et arcana semotae dictionis penitus eriperem. eiusdem denique rei testis est ipse Seneca rhetor, quippe qui tantam sententiarum causarumque molem quas inde a pueritia in declamationibus scholasticis audierat, menti suae tantopere habuerit infixam, ut senex posset memoriae prodere.

Iam satis mihi videor demonstrasse studiorum huius saeculi scholasticorum per omnem vitam auctoritatem.

„Roma auditorium magnum factum est, ubi recitationum clamores in omnibus urbis regionibus strepebant." [1])

Priusquam vero qua fuerit auctoritate primo p. Chr. saeculo in litteris Romanis scholastica illa eloquentia, necesse est, qualis fuerit ipsa quibusque in rebus versata sit, paucis disserere. Contraria erat eloquentiae novae antiqua eloquentia fori et iudiciorum. Haec libera rei publicae, illa imperio Caesarum florebat. Itaque in Labieno erat, iudice Seneca (in praef. 10.5), „color orationis antiquae, vigor novae, cultus inter nostrum ac prius saeculum medius". (cf. Tac. dial. 19.)

Forum ac scholam res esse contrarias in praef. 3.12 descriptum videmus: „cum in foro dico, aliquid ago, cum declamo, . . . videor mihi in somniis laborare . . . res ipsa diversa est: totum aliud est pugnare, aliud ventilare . . . scolam quasi ludum esse, forum arenam . . . . non est, quod oratorem in hac puerili exercitatione spectes." cf. pr. 9.2—57.[2]) Summa autem est acerrimi indicii Senecae, cum dicit ibd: „.in scholastica quid non supervacuum est, cum ipsa supervacua sit," et praef. 10.1: „hoc habent scholasticorum studia: leviter tacta, delectant, contrectata et proprius adducta fastidio sunt."

In talibus proferendis iudiciis omnes fere saeculi scriptores consentiunt,[3]) mirum vero, quam rem omnes fere fastidire dicant, omnes fere sectari: neque enim putatur, ut apparet ex Seneca contr. 1.8.16 „solidius alipuid scripti genus" declamatio scholastica.

Materiis, quae tractabantur a declamatoribus scholasticis crimini dabatur, quod „fictae, erant neque ullo modo ad veritatem accedentes" atque a foro vitaeque usu alienae „linguam modo et vocem exercebant" (Tac. dial. 35). Neque enim, ut populo et indicibus persuaderetur ac soli usui serviretur, in negotiis seriisque rebus versabantur declamatores, sed ut delec-

[1]) Smith: De arte rhet. in Sen. trag perspicua Diss. Leipz. 1885 p. 3.

[2]) „in scholasticis declamationibus . . omnia molliora et solutiora sunt. in foro partem accipiunt, in schola eligunt; illic iudici blandiuntur, hic imperant; illic inter fremitum consonantis turbae intendendus animus est, vox ad aures iudicis perferenda — hic ex vultu dicentis pendent omnium vultus.

[3]) velut Quinct. 10.5.17; 2.10.3; 12.11.15 Petron. 1.3 . Tac. dial. 25, Iuv. 1.15 Pers. 3.44 etc.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

arent otiose audientes illisque placerent. Id se agere aperte Cestius rhetor fatetur ap. Sen. contr. 9.6.12: „multa dico, non quia mihi placent, sed quia audientibus placitura sunt.,

Placebant autem auditoribus materiae „incredibiliter compositae . . tyrannicidarum praemia aut vitiatarum electiones aat pestilentiae remedia aut incesta matrum, aut quidquid in schola cotidie agitur, in foro vel raro vel nunquam“ (Tac. dial. 35.)

Hae et similes erant materiae, quae in controversiis scholasticis potissimum tractabantur. Neque magnopere variabantur. „Ociidit miseros crambe repetita magistros“, Iuvenalis queritur ipse scholae quondam magister. De adulterio e. g. tractatur in controversiis, quae exstant Senecae septies (1, 4; 1, 7; 2, 7; 4, 7; 6, 6; 7, 5; 9, 1;) Quinct. decl. mai. 18ies Calp. Flacc. 8ies (1, 2, 11, 17, 23, 31, 40, 48, 59.)

Inde effectum esse apparet, ut non modo in paucissimas materias sed etiam „in paucissimos sensus et augustas sententias detruderetur elequentia“ (Tac. dial. 32) nam cum de vexatis illis quae agebantur argumentis novi proferri vix quicquam iam posset, fieri non potuit, quin eandem vel rem vel sententiam alius alium imitando iterum iterumque alius alia variatione verbis exprimeret. Formae, non rei studebatur. In illam omnes in cumbebant. Quibus de causis omnis est scholastica eloquentia posita in formae vel dictionis mitatione. Imitabantur pueri in scholis eos quos tractabant poëtas aliosque scriptores; imitabantur adulescentes, quos audiebant rhetores, rhetores ipsi in declamando imitabantur celeberrimum quemque cum priorum tum ipsorum temporum vel oratorem vel poëtam vel rerum scriptorem.

Inde vero exstitit in litteris Romanis tunc praesertim temporis late diffusum imitationis studium. Omnia fere quae hac aetate scripta sunt, huius rei prae se ferunt vestigia. Nam tum omnes scriptores a scholasticis excultas mentes ostendebant.

Iam vero quaenam ratio in imitando esset adhibenda Seneca filius in epistulis suis edocuit (84.5): Nos quoque has apes debemus imitari et quaecumque ex diversa lectione congessimus, separare . . . deinde adhibita ingenii nostri cura et facultate in unum saporem varia illa libamenta confundere, ut etiamsi apparuerit, unde sumptum sit, aliud tamen esse quam unde sumptum est, appareat.

Idem Seneca falsam imitationis rationem obicit L. Arruntio ep. 113.17 . . fuit Sallustianus. . est apud Sallustium „exercitum argento fecit“ i. e. pecunia paravit. Hoc Arruntius amare coepit. posuit illud omnibus paginis. Quae apud Sallustium rara fuerunt, apud hunc crebra sunt et paene continua . . . vides, quid sequatur, ubi alicui vitium pro exemplo est.

Sunt tamen qui imitationem quamvis a plerisque probatum reprehendant velut Seneca noster, qui dicit contr. 10, 4, 21: „hanc sententiam Latro fortius et virilius dixit, qui non potest furti suspectus esse“ et praef. 1.10: „sententias a disertissimis viris iactatas facile in tanta hominum desidia pro suis dicunt et sic sacerrimam eloquentiam, quam praestare non possunt, violare non desinunt.“ Alii vero a tali crimini sese defendunt velut Fuscus ap. Sen. contr. 9, 1, 13, „cum Adaei sententia obiceretur, non infitiari aiebat transtulisse se eam in latinum . . non commendationis id se ant furti, sed exercitationis causa facere. do, inquit, operam, ut cum optimis sententiis certem, nec illas corrumpere conor, sed vincere“.

Quam vulgatum fuerit in scholastica imitandi studium. optime demonstratur Senecae patris operis plurimis locis:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

controv. 7, 1, 27: Cestius . . cum se ad imitationem magni alicuius ingenii direxerat. . . . Montanus aiebat illum imitari voluisse Vergilii descriptionem . . . . Vergilio imitationem bene cessisse, qui illas optimos versus Varronis expressisset in melius . . ." Ex Vergilio deinde Ovidius sumpsit eundum sensum, ita ut Varronem Vergilius, Vergilium Oridius et Cestius in eadem re secuti sint. Porro conferas:

contr. 2, 6, 13 rem ab omnibus dictam celerrime Syriacus Vallius dixit.
„ 1, 4, 11. P. Vinicius sumpsit ab omnibus bene dicta.
„ 10, 5, 20. Damas corruptissime dixit sententiam Glyconis.
„ 7, 6, 16. Haterius vertit sententiam Hybreae.
ibd Fabius Maximus circumferebat nobilem Hisponis sententiam.
„ 10, 1, 14: Latronis illas sententias . . . quae summa hominum admiratione circumferebantur.
„ 7, 6, 15. Vari Gemini sententiam, quae valde circumlata est.
„ 7, 6, 19. Gavius Sabinus . . et hauc sententiam adiecit, quae valde excepta est.
„ 7, 6, 24 . . sensum elegantem et ab omnibus iactatum.
„ 1, 7, 13. Blandus . . Silonis sensum in ironiam vertit.

Quo sit promptior ac facilior imitatio, sunt qui scholastici explicationes rhetorum clarorum soleant ediscere.

contr. 10, 4, 25: P. Vinicius . . hunc aiebat sensum disertissime apud Nasonem Ovidium esse positum, quem ad fingendas similes sententias aiebat memoria tenendum.
„ 2, 2, 8: Latronis, quod scholastici quasi carmen didicerant. . .
„ praef. 3, 15: huius (sc. Cestii) declamationes ediscunt qui pueri fere aut iuvenes scholas frequentant.

Sen. phil. ep. mor. 4, 4, 6: ideo pueris sententias ediscendas damus.

Plin ep. 7, 9, 2: imitatione optimorum similia inveniendi facultas paratur.

Imitatio saepius adhibita stomachum nonnunquam movet magistri velut eius quem imitatur Argentarius quidam discipulus:

contr. 9, 3, 12: indignabatur Cestius detorqueri ab illo totiens et mutari sententias suas. quid putatis, aiebat, Argentarium esse? Cestii simius est.

Aliud est imitari, aliud mutuari. Hoc a scholasticis quamquam vitio dabatur, tamen invenitur locis nonnullis velut.:

contr. 10, 4, 20 hunc sensum quidam Latini dixerunt, sed sic, ut putem illos non mutuatos esse aperte hanc sententiam, sed imitatos.

suas. 7, 14: Hybreus filius patris sui totum locum omnibus agnoscentibus ad litteram dixit.

contr. 9, 6, 16: Hybreae sententiam Fuscus Arellius non casu dixit, sed transtulit ad verbum.
„ 10, 4, 19: Asprenas Glyconis dixit sensum eodem modo, uno verbo magis proprio usus.

Haec sufficiant exempla ad demonstrandum imitationis scholasticae morem communem.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

In iis quos maxime imitabantur scholastici, erant prioris saeculi magni scriptores et poëtae ii, qui rhetoricis potissimum artibus inserviebant ac studebant itaque cum eloquentia scholastica cognatam quandam dictionem excoluerant. Erant autem in historicis Sallustius inprimis et Livius, in oratoribus Cicero, in poëtis Vergilius. Sed cum illorum quoque aetate scholastica eloquentia vigeret nec tamen dominaretur, dignosci haud facile potest, quantum ipsi declamationibus debuerint quantum ipsis declamatores. Ovidium utpote his iuniorem certe constat non tam scholasticis imitationi fuisse quam ipsum imitatum esse illos. Subsequantur ex Seneca patre, quae exstant imitationis exempla aliqua ac primum quidem quibus imitatio Ciceronis arguitur:

contr. 1, 4, 7: color . . unus ab omnibus, qui declamaverunt, introductus est . . ex illa Ciceronis sententia tractus, quam in simili controversia dixit.

suas. 6, 2: verba Livii in Ciceronis laudatione funebri afferuntur: „. . . in cuius (sc. Ciceronis) laudes exsequendas Cicerone laudatore opus fuerit.

Vergilii imitationem plures loci arguunt velut.

suas. 3, 5: solebat Fuscus ex Vergilio multa trahere, ut Maecenati imputaret.

contr. 7, 1, 27: Montanus . . aiebat illum (sc. Cestium) imitari voluisse Vergilii descriptionem. cf. 7, 1, 27.

suas. 3, 7: (Vergilii illud „plena deo“) dicebat Gallio Nasoni suo valde placuisse; itaque fecisse illum, quod in multis aliis versibus Vergilii fecerat, non subripiendi causa, sed palam mutuandi, hoc animo, ut vellet agnosci. . . cf. deinde contr. 4, 4, 5.

Ovidius non tam a scholasticis imitando est expressus quam ipse illos sectabatur. Quod ut intellegatur haec tantum proferre sufficiat exempla:

contr. 2, 2, 8: Adeo studiose Latronem audiit, ut multas illius sententias in versus suos transtulerit (sc. Ovidius).

„ 3, 7: Scaurus multa Montaniana in Ovidio arguit.

Exposuimus iam aetatis proprium ac peculiare declamandi studium auctoritatemque; cognovimus huius studii propriam atque insignem imitandi consuetudinem, suspicari ultro possumus harum rerum inesse vestigia ac signa perspicua in litteris eiusdem aetatis Romanis; restat, ut recte suspicatos nos esse demonstremus; Exquiramus igitur quantum possumus eorum, qui primo post Chr. saeculo viguerunt scriptorum studia scholastica.

Sed priusquam propositum ipsum aggrediamur, necesse est, quo fueriut ingenio saeculi illius praesertim ineuntis scriptores, exponere. Hanc enim rem quanti sit momenti, initio iam exposuimus. Magna ingenia dominantur, parva saeculi studiis auctoritatique inserviunt vel certe indulgent.

Iam vero quae exstiterunt in omni genere litterarum Romanarum Augusto Caesare imperante ingenia magna, enata sunt atque adoleverunt ante florentem eloquentiam scholasticam, viguerunt autem, dum res scholastica adolevit necdum cunctis litteris imperabat, exstincta denique sunt, quo tempore scholastici principatum obtinuerunt in litteris Romanis, i. e. Tiberio imperium ineunte. Qui primi post hoc tempus evaserunt in litteris Romanis scriptores, per omnem vitam scholasticis exercitationibus et declamationibus et pueri et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

adulescentes necnon corroborata iam aetate erant imbuti. Quae cum ita sint, nemo miratur homines sic eruditos prae se ferre scholastici studii notas manifestas.

Quamobrem aetatis et Augusteae et antecedentis scriptores scholasticis studiis hic illic affecti neque prorsus infecti sunt, quamquam procedente tempore auctoritas scholasticorum magis magisque augebatur. Nostrae rei indulgere videmus inte primos Sallustium, Cornelium Nepotem, Livium in prima potissimum decade, deinde Ciceronem ipsum in postremis maxime orationibus, inter poëtas Vergilium inprimis Ovidiumque, denique quos affert Velleius in scriptorum aetatis Augusteae enumeratione (II.36).

Iam accedamus ad eam, qua studiis rhetoricis neminem non teneri ante exposuimus aetatem.

Tiberio enim principe qui litteris operam dabant post confecta bella civilia ideoque post nata studia scholastica adulti florentissimis hisce studiis scripta sua publici iuris fecerunt. Quare iisdem studiis eos teneri nemo iam miratur. Accedit, quod scriptorum tunc florentium et numerus exilior et ingenia mediocria vel etiam pusilla fuisse satis constat. Sufficit afferre nomina qualia Phaedrum, Velleium Paterculum, Valerium Maximum, Manilium. Magni vero ingenii proprii ac peculiaris scriptorem excepto Tacito vel Seneca philosopho totum hoc saeculum protulit neminem. Iam vero, ut diximus ante, quanto quis est minoris indolis, eo facilius indulget aetatis voluntatibus ac studiis.

Itaque priusquam re ipsa comprobetur, statui potest omnes huius aetatis scriptores teneri studiis scholasticis.

Ex hisce scholasticae discipulis, qui saeculi studia in litteris Romanis expresserunt, primi nobis exstant Vellius Paterculus et Valerius Maximus.

Recte igitur Velleium Wöfflinus appellavit „den Bahnbrecher der silbernen Latinität" (Arch. f. l. L. II.335.) Item Norden: Ant. Kunstpr. I p. 302: Vellius ist für uns der erste der Geschichte nur vom Standpunkt des Rhetors geschrieben hat."

Ideo enim, quod tribunus belli, sed in litteris tiro eam sibi assumpsit dicendi cogitandique rationem, quam didicerat in institutione rhetorica, adhibere consuerat in usu aequalium atque amicorum. Amicus etenim illius, cui dedicavit opusculum suum erat P. Vinicius rhetor quidam haud ignotus, quem Tacitus praedicat (Ann. 3, 5) „hominem comptae facundiae," cuius pater P. Vinicius, sub quo Vellius tribunus militum, ut ipse narrat (II 101) stipendia meruit, a Seneca habetur „exactissimus vir ingenii, qui nec dicere res ineptas nec facere poterat"[1]). Iam vero nisi arrogantis esset opinionem a mera coniectura repetitam hic proferre, a P. Vinicio patre contenderim una cum Marco filio in studia scholastica esse inductum Vellium eundemque postea praetorium stipendiis factis Romam ad eadem studia revertisse.[2]) Sed utcumque ea res se habet, is videtur fuisse Velleius, ut sine ulla difficultate sociorum sibi vindicaret studia litterarumque voluntates atque ultro eas et paene inscius sibi assumeret. Ita autem scripsit, ut dicere vel declamare consueverat, declamationes autem, si ipse non habebat, attamen

[1]) contr. 7, 5, 11 ceterum de Viniciorum rationibus rhetoricis cf. Gruppe: Quaest. Anneanae p. 27 not. 2, 3 Morawski Philol. 35 p. 715.

[2]) velut praetorius ille, de quo Seneca narrat (contr. 1, 2, 22): hoc genus sensus memini quendam praetorium dicere, cum declamaret controversiam. cf. Norden. l. l. I 302: Kaiser: de fontibus Vell. Pat. Diss. (Berl. 1884) p. 48. Oppen: de M. Vell. Pat. Diss. (Rostock 75) p. 4. Faust: De Vell. fide Diss. (Giessen 1891) p. 2.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

audiebat ut unusquisque illius aetatis vir eruditus ac nobilis Romanus. Qui fit, ut primus declamatorium hunc sermonem plane in litteris Romanis sit imitatus. Eam autem quam ipse patefecit viam, alii postea secuti latinitatem, quae dicitur argenteam excoluerunt atque ita proprium huic aetati scribendi genus effinxerunt. Itaque ex opusculo eius compendiario totius illius aetatis tanquam e speculo refulget imago eruditionis atque studiorum aetatis velut ex degressionibus intextis quae ad litteras pertinent. (I. 5. 16—18, II. 9.36), ex Ciceronis laudatione funebri (II 66), ex narratiunculis ac bene dictis ac morum descriptionibus. „Seine Meinungen, ut ait Sauppius,[1]) zeigen sich als die Ansichten der Umgebung in Lager und Stadt. Die Oberflächlichkeit seiner gesellschaftlichen Umgebung machten es ihm unmöglich, seinen Blick über diesen Dunstkreis zu erheben . . . . dass die Ansichten ihrer Umgebung ganz die ihrigen sind, ist ganz natürlich, da sie ihnen die einzig möglichen scheinen und sie für eine andere Betrachtung der Dinge gar kein Organ in sich haben."

Inde ratione comprehenditur res sane mira, quod in historia Vellei summatim et festinanter, ut ipse pluribus locis profitetur, conscripta tractatas videmus quaestiones mere litterarias[2]) atque insertas cuiusque aetatis scriptorum celebrium enumerationes. Etenim eiusmodi rebus ab argumento operis plane alienis primo quemque obtutu offendi nemo negabit, praesertim cum conscripserit historiam non vir doctus inde a pueritia litteris deditus, sed miles veteranus et in litteris quasi homo novus. Idem Vellei studium cognoscas ex delectis iis quos memoratu dignos putat, scriptoribus (II 9 et II 36). Nam cum afferat rerum scriptores novem, poëtas terdecim, oratores vero viginti quattuor, eloquentiae longe principem locum attribui manifestum est. Iu eandem cadit rem, quod in enarratis poëtis (II 36) praetermisit Horatium et Propertium, exhibuit nonmodo Vergilium, Ovidium, Tibullum, sed etiam tenuiores multo Varronem Atacinum Rabiriumque. Hosce autem constat et rei scholasticae sectatores et Ovidii amicos fuisse. Vergilium vero et Ovidium magis esse in scholis rhetorum tractatos quam Horatium „obscurumque Propertium" nemo non videt[3]) Nempe ii potissimum coluntur, qui indole ac argumento proxime cum rhetoribus congruunt, ipsi quoque scholastico aliquantulum imbuti fuco. Elegantiae enim ac formae magis sane studuerunt vel Rabirius vel Varro Atacinus quam Horatius ac Propertius sensu difficiliores minusque politi.

Jam satis videor demonstrasse mihi Vellei Patertucli ingenium et studium scholasticum.

Idem fnisse Valerii Maximi aequalis eius studium facile apparebit. „Es ist wohl nicht ganz zufällig, daß des Valerius Maximus Sammlung um dieselbe Zeit und in demselben höfischen Geiste entstanden ist".[4])

Scriptor uterque notus posteritati non nisi eo, quod in opere suo de se ipse tradidit, alter praetorius rei scholasticae deditus, alter scholasticorum discipulus et studio et condicione scholasticus, alter conscripsit rerum gestarum epitomen, alter „documenta sumere volentibus" ab illustribus electa autoribus „facta simul ac dicta memoratu digna" (praef.) in usum scholarum congessit, alter mediocri, alter pusillo paene ingenio proprio, ideo alter schola-

[1]) Opera sel. p. 59.
[2]) I. 3. 2,3. 5. 7.16—18. II. 9. 36. 66.
[3]) cf. Weichert: Comm. de Vario poëta II p. 21. Gruppe: Quaest. Auneanae p. 30. Norden l. l. I 244.
[4]) Peter: Gesch. d. röm. Kaiserzeit I p. 391.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sticis rebus indulgens, alter omnino deditus videtur. Necnon ex eadem declamatorum societate prodiisse illos verisimile est. Etenim S. Pompeius, cui Valerius patrono dedicavit opusculum suum, „qui studia nostra ductu et anspiciis suis lucidiora et alacriora reddidit“[1]) et ipse erat declamator „facundissimo sermone, qui ore eius quasi e beato quodam eloquentiae fonte manabat,“[2]) et amicus putatur fuisse Ovidii, (epp. ex Ponto II 1. 4, 5. 15) Ovidii vero summum amatorem fuisse P. Vinicium Vellei patronum Senea tradit (contr. 10, 4, 25.)

Videmus igitur Augusto Caesare mortuo qui primi exstiterunt litterarum Romanarum scriptores alumnos fuisse studiorum scholasticorum tunc Romae maxime florentium.

Tertium post illos obtinet locum Curtius Rufus et ipse omnium opinione non tam rerum scriptor quam rhetor scholasticus, quem adserit Suetonius suae rhetorum latinorum illustrium enumerationi.[3])

Jam vero longum est qui aetate succedunt saeculi scriptores cunctos, quibus fuerint studiis scholasticis, disserere atque examinare. Quaevis litterarum historia docet. Id tantummodo satis est monuisse fuisse hand paucos eorum vel ipsos rhetores scholasticos sicut Iuvenalem vel rhetorum filios propinquosque ut Senecam philosophum, Lucanum, vel cum scholasticis artissima consuetudine coniunctos ut Plinium minorem. Neque Tacitum ipsum ab hisce studiis prorsus fuisse alienum nemo negabit.

Jam vero assecutos nos esse videmus, quod demonstrare nobis erat propositum, primo p. Chr. saeculo imprimis ineunte fuisse scriptorum ingenia non solum mediocria sed etiam communibus aetatis studiis scholasticis prorsus obnoxia.

Schola erudiverat atque instituerat quicumque tunc litteris studebat, haec illi verba, figuras, haec sententias, haec denique dictionem excoluerat, expoliverat. Haec deinde pellexit ad scribendum, haec nonnullis praebuit argumenta tractanda vel res,[4]) haec sola fere effecit non solum scriptores sed paene poëtas.

Deinde vero cum scholasticorum proprium cognoverimus studium imitandi vel variandi eiusdem verbi, eiusdem sententiae formam et elocutionem, consentaneum est scriptorum huiusce aetatis omnium fere loquendi rationem prae se ferre quam plurimas consensiones, communitates, similitudines. Sequitur iam, ut tales consensiones emanasse atque prodisse ex communi litterarum eius aetatis fonte, i. e. ex declamationibus scholasticis, vulgo statuamus.

Itaque litterarum tunc condiciones spectantibus eam necesse nobis est rectam unamque ineundam procedendi rationem sequi, quam nuper praescripsit Morawski, cui viro doctissimo hac in re perquirenda plurimum me debere grato animo profiteor (Phil. 1895 p. 148): die rhetorische Schule hat die Schreibweise der Schriftsteller vielfach beeinflußt; wenn man diesen Gedanken mehr beherzigen wollte, würde man in der Forschung viel

---

[1]) edit. Kempf. p. 210.3 cf. 290.20.
[2]) Valer. Max. p. 79.10.
[3]) Schanz. Hist. litt. Rom. II. 2. p. 205 not. 2.
[4]) ut Valerio Maximo fortasse etiam Curtio Alexandri Magni res gestas, quippe quae fuerint; scholasticis haud parva materia declamandi, ut docent Sen. suas. 1. 4. Quinct. decl. min. 323 cf. Morawski: Analecta Graecolatina (Krakau 1893) p. 31.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

behutsamer verfahren und nicht jedwede Ähnlichkeit durch Statuierung des Abhängigkeitsverhältnisses zwischen zwei Schrittstellern erklären.

Neque vero desunt viri docti, qui communitates, quaequae exstant apud latinitatis argenteae scriptores, ita expediverint, ut alterum ex altero dependere contenderent,[1]) neque, ut nostra est opinio, maximam fere partem esse sumptas ex scholasticis tunc declamationibus.

Neque solum mutuae similitudines, quae interecedunt inter scriptores, in hunc modum explicandae sunt, sed etiam illorum cum prioribus scriptoribus communitates, velut si quae deprehenduntur cum Vergilio Ovidio poëtis, cum Sallustio, Cornelio Nepote, Cicerone, Livio prosae orationis scriptoribus; Nam, ut supra exposuimus, quidquid a priorum temporum auctoribus splendidi atque ingeniosi inventum erat atque expolitum, a scholasticis arreptum in aulas declamatorum confluxerat. Inde vulgatum iam atque pertritum effusum est in nostrae aetatis litteras. Quo factum est, ut, si Morowskii verbi uti licet (Eos II p. 2) „diversi auctores quasi ex promptuario omnibus patenti excercpsisse videantur . . . semel iusolentius ficta et prolata posterioribus ita placuerunt, ut nauseam fere moveant frequenti iteratione . . . sententias enim, quae blande sensus novitate sese animis lectorum sive auditorum insinuarent, saepius ad hoc exemplar formaverunt auctores".

Quae cum ita sint, operae pretium esse videtur huius generis ves gi vel signa scholasticae eloquentiae in priores latinitatis argenteae scriptores diffusa exquirere et in unum congesta proferre atque „ita officinis litterariis lucem immittere, quo ingenia et scribendi ratio singulorum auctorum magis notescerent".[2])

Sed necesse prius nobis est vocem „imitationis" quam saepius adhibuimus, quid sibi velit, distinctius explanare. Ex ipso vero imitandi studio, quod fuisse apud scholasticos atque inde fluxisse ad aequales scholasticorum scriptores ante exposuimus, id iam elucet, imitationem scriptorum nihil valere ad statuendos scriptorum, quibus usi sint, fontes. Alia enim existimanda est dictionis scholasticae inscia quaedam sectatio, alia scripti alicuius fontis conscia expilatio. Erant sane qui sectarentur data opera unum alterumve rhetorem scholasticum, scholasticam vero rem omnes ultro atque etiam inviti sectabantur. Nonnullis sententiis, nonnullis locis, nonnullis figuris quivis utebatur. In omnium enim ore erant. Neque igitur quisquam furti argui poterat, qui talia pro suis usurpabat. „Man kann unmöglich Nachahmung nennen, was eine aus Erziehung und Umgang gewonnene Form der Darstellung ist." [1]) Eodem spectat, quod Riese de Ovidio profert (Burs. Jahrb. 1877): Gar manches ovidische Wort war sicherlich in dem Grade in die Sprache und Denkweise des kalserlichen Roms übergegangen, daß manches besser aus dieser, nicht aber aus direkter ovidischer Reminiscenz sich erklärt.

Quae cum ita sint, inter rhetores aequaliumque libellos ut similitudinem saepe appare, non ita imitationem petitam atque consulto adhibitam coargui posse praemonendam esse ante omnia puto.

---

[1]) velut Bauer: Act. sem. Erlang. III p. 103 Wiedemann Phil. 31 p. 393 denique quicunque scripserunt de „scriptore quolibet cuiuslibet imitatore".

[2]) Morawski: Eos II p. 7.

[3]) Dräger: Synt. u. Stil d. Tacitus p. 114 cf. Klebs: Philol. 49 p. 303. Zingerle: Zu lat. Dichtern I p. 2. 45. 100 II 22.24 not 1. 32. Hartmann: Mynmosyne 32 p. 406, Wölfflin: Arch. f. l. L. 12 p. 113 Kröhnert: die Anfänge der Rhetorik bei d. Römern (1877), Smith l. l. p. 33 etc.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ut iam accedamus ad quasdam, quae intersunt inter scriptores et rhetores, similitudines proferendas, primo quidem distinguendum est inter res argumentumque et formam rerum vel dictionem. Haec vel omnis ex scholasticis sumebatur, res repetebantur ex commodissimis, qui adiri poterant fontibus.

Sed ne argumentis quidem defuisse scholasticorum auctoritatem iam ostendemus. Huc enim pertinet, si qui scholastici scriptoresque consentiunt in exhibendis iisdem exemplis, iisdem locis communibus, iisdem sententiis vel proprie sensibus.

I. Exempla

Ac primum quidem proferamus liceat in exemplis inserendis, quae deprehenduntur communitates. Declamatorum etenim scholasticorum proprium erat argumenta causasque suas probare ac confirmare exemplis cum e vita cotidiana tum ex antiquitate repetitis. Quam consuetudinem ut demonstremus, adire opus est huius aetatis fontem eloquentiae scholasticae, Senecae rhetoris dico opus. Quem videmus nimiam apud scholasticos exemplorum captationem castigantem:

contr. 7, 5, 12: gravis scholasticos morbus invasit; exempla cum dixerunt, volunt illa ad aliquod controversiae thema redigere.

ibd. 7, 5, 13: scholasticum est exempla dicere.

Jam vero quemadmodum consuesse vidimus scholasticos causas suas probare ac illustrare exemplis aliunde petitis, ita eiusdem aetatis rerum inprimis scriptores eorum virorum vitam moresque proferre valde adamarunt, qui exemplo quaqua ratione possent esse, ita „ut nec laudaturum magna nec vituperaturum mediocris materia“ deficeret: Vell. 2, 101. cf. Val. Max. 6, 8, 6: „brevis huius facti narratio, sed non parva materia laudationis.“ Etenim Velleius Paterculus, quid in conscribendo opusculo suo spectaverit, quamquam deperdito proemio aperte dicitur nusquam, tamen manifestum est ex iis, quibus ampliorem scriptorum aetatis Augusteae enumerationem excusat verbis (II 31, 3) „paene stulta est inhaerentium oculis ingeniorum enumeratio.“ Nam quid aliud praedicat hoc loco propositum sibi esse quam inhaerentia oculis ingenia, i. e. dignissima, quae proferantur exempla, oculis subicere. Eodem vero spectat, quod profitetur Valerius Maximus (9. 3, ex. 1.): „cum propositi fides excellentissima quaeque complecti moneat.“ Excellentissima vero quaeque ut Velleius ex rebus gestis ita Valerius ex omnibus vitae partibus (6, 2, 1 „quia humanae vitae partes persequi propositum est“) perscrutatus in unum contulit, eo sane consilio, „ut documenta sumere volentibus longae inquisitionis labor absit“ (praef.) Voce autem „documenta“ significari, quae proprie „exempla“ diximus, perlucet ex verbis 9, 11, 1: „quatenus vitae humanae cum bona tum etiam mala substitutis exemplorum imaginibus persequimur.“ cf. Julii Paridis epitomes praef.: „exemplorum conquisitionem cum scirem non minus disputantibus quam declamantibus neccessariam . . quod tibi misi, ut et facilius invenires, siquando quid quaereres, et apta semper materiis exempla subiungeres.“

Inde vero apparet Valeri opus nihil esse nisi exemplorum in usum scholarum conquisitionem. Necnon ab eodem consilio abhorret opus Velleianum. Nam „cum Velleius in historia Romana enarranda id consilium sit persecutus, ut singulorum virorum indolem,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mores et re gestas illustraret, evasit inde ampla narratiuncularum collectio, quae scholis subministrare exempla posset.“ [1])

Postremo Curtius in rebus Alexandri Magni quid aliud exhibet atque exemplum a scholasticis pertractatum? cf. Sen. rh. suas. 1 et 4. Quinct. decl. min 323.

Quae cum ita sint, mirum nequit esse, quod apud hosce scriptores haud raro proferuntur eadem exempla neque ea dissentiunt ab iis exemplis, quae potissimum adhibentur in declamatorum frustulis a Seneca patre collectis.

Sequantur, quae apparent vel communitates vel similitudines.

Ac primum quidem Valeri exempla in domestica et externa divisa scholasticam originem ostendere probant Senecae verba: contr. 10, 2, 15: „solebas mihi insignium virorum exempla narrare, quaedam etiam domestica“.

Velleius et Valerius iisdem exemplis usi egerunt velut

de Codri morte:	Vell. I. 2, 2.	Val. 5, 6. ex. 1.
de L. Aemilii Paulli liberis:	Vell. I. 10, 4.	Val. 5, 10, 2.
de Metelli disciplina:	Vell. II. 5, 2.	Val. 2, 7, 10.
de M. Popilio Laena:	Vell. I. 10, 2.	Val. 6, 4, 3.
de severitate Catonis:	Vell. II. 8, 1.	Val. 8, 4, 5.
de gloria Metellorum:	Vell. II. 11, 3.	Val. 7, 1, 1.
de Mario et Cimbro:	Vell. II. 19, 3.	Val. 2, 10, 6; 8, 2, 3.
de Catuli libere dicto:	Vell. II. 32, 1.	Val. 8, 15, 9.
de Caesare et praedonibus:	Vell. II. 42, 1.	Val, 6. 6, 15.

Musa rhetor scholasticus ap. Sen. contr. 7, 5, 13 locum dicit „de indulgentia liberorum in patres“: eiusdem loci conquisita exempla invenimus ap. Val. Max. 5, 4—6: „de pietate erga parentes et fratres et patriam“ et 5. 7.: „de parentum amore et indulgentia in liberos“.

Sen. contr. 3, 3: frater fecit inter nos pietatis exemplum.

contr. 7, 1, 7: „magnum pietatis argumentum filio carus pater post supplicium“. cf. Plin. paneg. 28 „ . . pietate Metelli monstrabantur.

Sen. contr. 10, 3, 2 Clodius Turrinus pater declamat: adeo tibi vetera exempla exciderunt bonarum coniugum?“

contr. 2, 5, 8 Triari: „exspectasse aliqua per logum tempus maritum dicitur . . . alia desiderio viri attonita in ardentem rogum se misisse . . . alia pro incolumitate mariti vicaria morte occidit. cf. ctr. 2, 2, 1. Eiusdem rei exemplum profert Vell. II 88, 3; plura conquisivit exempla Val. in capite 4, 6: „de amore coniugali“ et 6, 7: „de fide uxorum erga viros.“

„Paupertatis“ exempla exhibet Sen. ctr. 2, 1, 7; 2, 1, 8 et Val. 4, 4. cf. Pancg 28: „frugalitate Pisones . . monstrabantur. Usitata inter exempla sunt virorum „ex summis opibus ad egestatem devolutorum“ (Sen. ctr. 2, 1, 1) vel „corruentis inter divitias suas“ (ctr. 2, 1, 4) vel „regum e fastigio suo devolutorum“ (suas. 1, 9) sicut Croesi (contr. 2, 1, 7) ad quae respiciunt Valerii, quae profert 6. 9 congesta exempla de „de mutatione morum aut fortunae“ vel (7, 1): „de felicitate“.

[1]) Morawski: Anal. Graeco-Lat. p. 31.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sen. ctr. 7, 1, 4 afferuntur exempla „erorum, qui fortiter perierant“, quae eadem collegit Valerius in capite 3, 2: „de fortitudine“ inscripto.

Celebria erant exempla „omnium. qui ultro mortem adprehendissent“ (Sen. suas. 6, 8), quae usurpabantur praecipue in laudibus mortis voluntariae apud scholasticos asseclasque eorum valde adamatis cf. Quinct. decl. mai. 4. Sen. contr. 8, 4. Sen. phil. Oed. 151, Herc. Oet. 933, Herc. fur. 430, de ira 3, 15. 4, de provid. 6, 7, epp. 70, 10, Luc. Phars. 9, 211, Plin. nat. hist. 2, 27, 156, etc.[1])

Exemplo deinde adhibebantur „illi ab aratro, qui paupertate sua beatam fecere rem publicam“. Sen. contr. 1. 6, 4, cf. Plin. nat. hist. 18, 1; 19—20, 36, 111 . . .

Necnon saepius occurrit enumeratio hominum novorum, qui „ignobiles nati fecerunt posteris genus (Sen. contr. 1, 6, 3) ut Marius, Pompeius alii „de his, qui humili loco nati clari evaserunt“: Val. 3, 4 Velleius II, 128, Sen. contr. 7, 6, 18. Tac. hist. 1, 16. Sen. phil. de benef. 8, 28. Juv. 8, 236. Ut iam enumerationi satis aridae finem faciamus, „libere dictorum el factorum exempla a Valerio in cap. 6. 2 conquisita aliqua Vellius operi suo quamvis compendiario inserere non supersedet: II 32, 2, 62, 6, 67, 4, 77, 83, 3.

Ex more, quem deteximus scholastico exempla materiis crebrius inserendi intellegitur quoque, quod voce „exempli“ scriptores nostri frequentissime utuntur; e. g. Velleius 19ies, Valerius amplius quam 26ies usurpavit neque sane vulgari ratione velut:

Vell. I 5: ingenium sine exemplo maximum,
„ II. 116,2: vir in omnium virtutum exempla genitus,
„ 78,4: gravissimi exempli auctor,
„ 119,3: paterni avitique exempli successor,
„ 128,4: haec naturalis exempli imitatio.
25,4: ut in eodem homine duplicis et diversissimi animi conspiceretur exemplum.

Eiusdem verbi usum deprehendimus ap. declamatores Senecae:

Sen. contr. 8,4: non aliud Codrum illud ceteris imperatoribus exemplum dedit quam quod . . ad mortem cucurrit.
Sen. contr. 2, 6, 8: desii, cum haberem luxuriae istius exemplum.
Sen. contr. 2, 2, 11: magnum tibi quam parvo constat exemplum.

Conferas Ovidii scholasticorum sectatoris elocutiones, quales:

Byblis in exemplo est met. 9, 445.
cur haec exempla paravi met. 9, 508.
sequimur magnorum exempla deorum 9, 555.
ut exemplis ipsos aequantibus utar 15, 857.
finitimi exemplum metuunt 8, 117.
tatibus exemplis monitae . . 3, 732.

vel Curtium:

singulare ediderunt patientiae exemplum 10. 3, 4. cf. 8, 14, 42. 10, 5, 25.

Idem quoque verbum saepius usurpatur in metonymiae quadam figura pro homine, qui aliis exemplo esse debet e. g.

[1]) cf. Morawski: Rhet. Rom. ampullae II. Diss. phil. class. acad. litt. Cracov. XXXII p. 333 squ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sen. contr. 10, 2, 3: „magnis parui exemplis“ dictum pro viris, qui magna exempla ediderunt.

Sen. contr. 9, 2, 33; Latronem facit dicentem „se non esse magistrum, sed exemplum“.

suas. 6. 2: Cato vivendi moriendique exemplum.

praef. 9, 3: Latro, declamatoriae virtutis unicum exemplum.

Inde eiusdem elocutionis origo scholastica apparet apud scriptores.: Vell. II. 100, 4. Val. 5, 3, 3; Curt. 8, 14, 42; 4, 14, 6; 4, 14, 66; Ovid met. 1, 366; 7, 719; 12, 512. Iuv. 10, 247 etc. cf. Val. 5, 10, 2: Aem. Paullus, nunc felicissimi, nunc miserrimi patris clarissima repraesentatio.

Quaedam nomina Romanae potissimum historiae in exemplis clarissimis habentur ideoque a nullo fere et rhetore et scriptore non adhibentur. „in Catone moderatio, in Cicerone constantia, in Sulla clementia [desideratur]“ (Sen. contr. 2, 4, 4) „frugalitate Pisones, sapientia Laelii, pietate Metelli monstrabantur“ (Plin paneg. 28) „populus Romanus . . . tulerit: in Gurgite luxuriam, in Manlio impotentiam . ., in Sulla crudelitatem, in Lucullo avaritiam.“ (Sen. ct. 9, 2, 19.) Apud Senecae rhetoris declamatores exempli loco adhibitos videmus in controversis e. gr.

Romulum 10, 4, 9; 7, 2, 6. D. Brutum 10, 3, 8; 5, 1. Fabricium (paupertatis exemplum) 2, 1, 29; 5, 2. Regulum: 5, 6. Crassum (divitiarum exemplum) 2, 1, 7; 5, 1. Caesarem; 2, 1, 7; 5, 1. Catonem suas: 6, 2; 7, 4. contr. 6, 4, 8; 2, 7, 4; 10, 1, 8; 9, 6, 7; 8, 4; 10, 3, 5; 6, 7; 6, 4.

Quorum virorum exempla hand raro similitudines vel elocutionis praebere, iam inde elucet, quod saepissime adhibebantur et a scholasticis et a scholasticorum sectatoribus, qui tunc scripta ediderunt.

Jam proferamus, quae de iisdem exemplis similia dicta repperimus ac primo

1. de Codro.

Sen. contr. 8, 4; positis imperatoris insignibus ad mortem cucurrit.

Vell. I. 2, 2: deposita veste regia pastoralem cultum induit.

Val. 5, 6, ex. 1: depositis insignibus imperii famularem cultum induit.

2. de Graccho.

Cic. de or. 2, 6, 7: cui (sc. interfectori Gracchi) pro Gracchi capite erat aurum repensum.

Porcius Latro: Sen. suas 6, 3: consularia capita auro rependentur.

Vell. II. 6, 5: id (sc. caput Gracchi) auro repensurum proposuit.

Val. 9, 4, 3: auro id (sc. caput Gracchi) se repensurum edixerat.

Plin nat. hist. 33, 48: cum auro rependendum caput eius (sc. Gracchi) abscissum ad Opimium tulerit.[1])

Consensio, quae inest manifesta in elocutione „caput auro rependere“ qua ratione sit expedienda ex iis, quae in prooemio exposui ultro apparet. Imitationis quodam modo insciae rivulus quem statuendum puto, illustretur stemmate hoc:

[1]) Non de Graccho dicit Ovidius met. 13, 473: tunc cum poterat, redimebat et auro.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cicero
|
scholastici: Porcius Latro
Velleius Valerius Plinius

Neque igitur recta via scriptores nostros a Cicerone dependere,[1]) sed scholasticorum vestigia cum premerent, casu et inscios in Ciceronem incidisse ultro intelligitur.

3. de Sulla.

Exemplum et felicitatis et crudelitatis apud scholasticos occurrit Sulla factis moribusque. felicitatem celebrant cum alii tum Plinius maior in hist. nat. 7. 137; crudelitas eius multo pluribus locis in exemplum redigitur.

Sen. ctr. 2, 4, 4: in Sulla clementia [desideratur].

„ „ 9, 2, 19: populus Romanus tulerit . . in Sulla crudelitatem.

„ suas. 6, 3 (Portius Latro): civilis sanguinis Sullana sitis in civitatem redit.

Hac quoque fn re a plerisque scriptoribus descripta similitudines quasdam non deesse facile comprehenditur: Conferas:

Vell. 2, 17: Sulla vir, qui neque ad finem victoriae satis laudari neque post victoriam abunde vituperari potest.

Vell. 1, 25, 3: adeo Sulla dissimilis fuit bellator ac victor,, ut dum vincit, aequissimo[2]) lenior, post victoriam audito fuerit crudelior.

Val. 9, 2, 1: L. Sulla, quem neque laudare neque vitaperare quisquam satis digne potest, quia dum quaerit victoriam, Scipionem populo Romano, dum exercet, Hannibalem repraesentavit (ad hoc cf. Vell. 2, 18: Mithridates odio in Romanos Hannibal).

Plin. hist. nat. 22, 12: eam (sc. coronam) capite suo proscriptione sua ipse detraxit tanto paucioribus civibus servatis quam postea occisis.

Crudelitatem simili ratione describi repperimus locis hisce:

Vell. 2, 28, 4: nec tantum in eos, qui arma tulerant, sed in multos insontes saevitum.

Val. 9, 2, 1: nec contentus in eos saevire, qui armis a se dissenserant, etiam quieti animi cives proscriptorum numero adiecit.

Quae consensiones hand scio an ortae sint ex morum Sullae descriptione a scholasticis utrique sane oblata Sallustiana Iug. 95, 4. Idem imitationis fons manifesto apparet loco tractato de Sullae in Marium crudelitate, si conferas:

Sallust. hist. 1, 30: cui fracta prius crura . . ut per singulos artus expiraret.

Sen. phil. de ira 3. 18: Mario Sulla perfringi crura iussit et paulatim per singulos artus laceravit.

---

[1]) sicut vulgo statuerunt, qui viri docti de eiusmodi consensionibus disseruerunt. cf. de Velleio Kaiser. l. l. p. 47. Faust l. l. p. 2: „Ciceronis et dicendi rationem saepius imitatus est et permultas sententias immutatas e memoria historiae suae inserit.“

[2]) sic conc. Halm.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Flor. 2, 9, 6: Marium cruribus effractis servatum aliquamdiu, ut per singula membra moreretur.

Et Senecae et Flori locos non recto itinere e Sallustio fluxisse sed e scholasticorum officinis, controversiam Senecae 10, 4 perlegenti atque conferenti ultro obveniet: conferas vel Cassium Severum describentem crudelitatem eius, qui liberos expositos debilitaverat: „huic convulsi pedum articuli sunt et torti tali, huic elisa crura . . . ita frangatur, ut humo se adlevare non possit, sed pedum crurumque resolutis vertebris reptet" vel Vibium Gallum (10, 4, 3) „illi praccisas manus, illi erutos oculos, illi fractos pedes . . . tot membra franguntur, ut unum ventrem impleant."

Quibus locis adducimur iam ad aliad exemplum celeberrimum.

4. de C. Mario.

C. Marii vita comprobari solet locus de varietate fortunae „quod consul totiens exsul deque exsule consul" (Manil. 4, 46) „quem si inter miseros posueris, miserrimus, si inter felices, felicissimus reperietur" (Val. Mar. 6, 6, 14).[1])

Ex variis Marii vicissitudinibus duae potissimum res disertos reddunt scriptores scholasticos, ac primo quidem „palus et carcer Minturnensis".

Ex iis, quae ipsis verbis similia proferuntur, sunt haec:

Vell. 2. 19. 2: Marius nudus et limo obrutus oculis tantummodo ac naribus eminentibus extractus harundineto circa paludem Maricae, in quam se fugiens . . . abdiderat.

Val. 8, 2. 3: Marium caeno paludis, qua extractus erat, oblitum . . .

Sen. contr. 7, 2, 6 (Capitonis): Minturnensis palus exulem Marium non hausit.

Sen. epigr. 25, 33 (Riese I 415, 33) spes Marium movit, turpi se credere limo.

Juv. 10, 276: exilium et carcer Minturnarumque paludes.

Sen. c. 7, 2, 6. Cimber etiam in capto vidit imperantem.

cf. Val. 2, 10, 6. Symmachus or. 1, 5. cum . . . virum toto orbe victorem Minturnensis carcer includeret . . .

Magis quoquae consentiunt nonnunquam vel verbo tenus iidem scriptores in describendo Marii exilio in ruinis Carthaginis vagantis:

Capito ap. Sen. contr. 7, 2, 6: praetor . . qui in crepidine viderat Marium, in sella figuravit.

Manil. 4, 48: e crepidinibus cepit Carthaginis arces.

Firm. Matern. 1, 3: vides, ut ad crepidinem dirutae Carthaginis fugitivus accedat.

Vell. 2, 19, 4: cum Marius aspiciens Carthaginem, illa intuens Marium, alter alteri possent esse solatio.

Anth. lat. (Riese) I 415, 37: ille dies, quo Marium vidit supra Carthago iacentem.

Lucan: Phars. 2, 91. solatia fati Carthago Mariusque tulit pariterque iacentes ignovere deis.

Minal. 4, 47: consul adiacuit Libycis compar iactura ruinis.

---

[1]) cf. Norden: Varroniana M. Rh. 1893 p. 541; Müller: Philol. 62, p. 64. A scholasticis declamabatur de „milite Mariano": Quinct. decl. mai. 3 cf. Val. Max. 6, 1, 12 Cic. p. Mil. 9.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Juv. 10, 277: mendicatus victa Carthagine panis.

Unde quod efficiatur, cum iam ante exposuerim, hic repetere supersedeo.

5. de Pompeio.

Eiusdem fortunae exemplum apud scholasticos in deliciis habetur Pompeius Magnus. Similia proferunt:

Val. Max. 5, 1, 10: . . . qui Tigranis tempora insigni regio texerat, eius caput . . . in suo modo terrarum orbe nusquam sepulturae locum habuit . . . . paullo ante Romani imperii columen habitum — sic mortalium negotia fortuna versat — inhumatum iacuisset.

Vell. 2, 53, 3: in tantum in illo viro discordante fortuna, ut cui modo ad victoriam terra defuerat, deesset ad sepulturam.

Poët. lat. min. Riese I 402: divisa ruina est. uno non potuit tanta iacere solo.

ibd. 404: quantus quam parvo vix tegeris tumulo.

„Contrarii" figurae, quae interest inter opposita et magna facta et parva vel nulla sepulchra, origo scholastica demonstratur Ovidii de Achille versibus:

met 12, 165: et de tam magno restat Achille.

nescio quid, parvam quod non bene compleat orbem.

vel (de Tibulli morte) amores 3, 9, 40: vix manet de toto parva quod urna capit.

Et Octaviae fabulae auctor ad verbum fere Velleium imitatione expressisse videtur v. 68: dest terra tumulis.

6. de Catone.

„Solus maximum vivendi moriendique exemplum" ut Haterii rhetoris verbis utar ap. Sen. suas. 6, 2, a cunctis scholasticis habetur M. Porcius Cato Uticensis. Mirum quantum scriptores rhetoresque aetatis in summis principum principatusque studiis adulationibusque ut alios liberae rei publicae amantissimos defensoresque ita Catonem effere laudibus summis inter se certaverunt.

Sen. rh. praef. 1, 9: quem tandem antistitem sanctiorem sibi invenire divinitas potuit quam Catonem.

Labienus (Sen. contr. 10, 3 5) quo viro nihil speciosius civilis tempestas abstulit.

Vell. 2, 35: homo Virtuti simillimus et per omnia ingenio deis quam hominibus proprior. qui nunquam recte fecit, ut facere videretur, sed quia aliter facere non potuerat, cuique id solum visum est rationem habere, quod haberet iustitiam.

Val. Max. 3, 2, 14: magnum hominibus documentum dedisti, quanto potior esse debeat probis dignatas sine vita quam vita sine dignitate.

Quibus in laudibus proferendis fieri non potest, quin hic illic conspirent scholastici:

Vell. 2, 35, 2: omnibus humanis vitiis immunis semper fortunam in sua potestate habuit.

Curt 10, 5, 3, 35: (de Alexandro) plus debuisse fortunae, quam solus omnium mortalium in potestate habuit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Val. Max. 6, 2, 5: quid ergo? libertas sine Catone? non magis quam Cato sine libertate.	Sen. dial. 2, 2, 2: neque enim Cato post libertatem vixit nec libertas post Catonem.[1])

Saepius occurrit ea „contrarii“ figura, qua verbi „vincere“ duae formae inprimis activi et passivi opponantur:

Manil. 4, 86: invictum devicta morte Catonem.

Luc. 9, 299: poenaque de victis sola est vicisse Catonem. vel eiusdem notissimum illud: victrix causa diis placuit, sed victa Catoni.

Anth. lat. Riese I 397: invictus victis in partibus omnia Caesar vincere qui potuit. te, Cato, non potuit.

Anth. lat. Riese I, 399: vincit nunc Cato, si moritur.

7. de Cicerone.

Quae exposui de Catone scholasticorum exemplo tritissimo, quadrant fere in M. Tullium Cireronem, facundiae tam scholasticae quam forensis antistitem.[2]) Quod ut demonstretur sufficiat hic affere in enarranda Ciceronis morte inter auctores communitatem.

„Quotiens“, ut ait Seneca (suas, 6, 21), „magni alicuius mors ab historicis narrata est, totiens fere consummatio totius vitae et quasi funebris laudatio redditur . . . sequentes historici multo id effusius fecerunt.“ Talem Ciceronis „laudationem funebrem“ ut Cremutius Cordus et Aufidius Bassus historici aequales ita Velleius opusculo suo inserere non dubitavit. (II 66.) Eam vero ex fonte declamationum plane prodiisse evidenter demonstrant similes vel rhetorum[3]) vel historicorum eiusdem generis laudationum locos, quos in unum congestos conspectum liceat hic proferre:

Vell. 2, 66: abscissaque scelere Antoni vox publica est.	Sen. suas. 6, 26: Cornelius Severus: publica vox saevis aeternum obmutuit armis.
	Ovid am 2, 7, 37: occidit ille loquax humanae vocis imago. cf. Sen. praef. 10, 6. contr. 10, 4, 6.
cum eius salutem nemo defendisset, qui per tot annos et publicam civitatis et privatam civium defenderat.	Cic. de orat. 3, 3 (de M. Antonio oratore) in iis ipsis rostris, in quibus rem publicam constantissime defenderat, positum illud caput fuit, a quo erant multorum capita servata.
	Cremutius Cordus (Sen. suas. 6, 19) . . quo saepissime processerat (sc. ad rostro) . . piis contionibus, quibus multorum capita servaverat . . tum . . a civibus suis conspectus est praependenti capite . .

[1]) similitudinem detexit Morawski: Phil. p. 147. Veniam peto, si quae autoribus debeo aliis, hic illic, ne longus sim, adnotare supersedi.

[2]) cf. Sen. praef 1, 6: quidquid Romana facundia habet, . . circa Ciceronem effloruit.
Vell. 1, 17, 3: oratio ac vis forensis universa sub principe operis sui erupit Tullio.

[3]) quibus Cicero declamandi materiam obtulit, ut docent themata a Seneca prolata suas. 6: „deliberat Cicero an Antonium deprecetur“ et suas. 7: „deliberat Cicero, an scripta sua comburat, promittente Antonio incolumitatem, si fecisset.“ Actio de moribus Popilli Ciceronem interficientis profertur in ctr. 7, 2.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Capito (Sen. contr. 7, 2, 7) caput . . . . hunc ipsum inquinat locum, in quo pro Popillio dixerat.

Val. Max. p. 238, 14: neque enim portanti succurrerit, illud se caput ferre, quod pro capite eius quondam peroraverat. cf. sim. ap. Sen. suas. VI. 17, 19, 21.[1])

nihil tamen egisti, M. Antoni.

Gallio Sen. contr. 10, 2, 21: nil agis . .

Anth. Lat. 1 p. 342: nil agis, Antoni, scripta diserta manent. cf. Plin. nat. hist. 7, 117.

(cogit enim excedere propositi formam operis) erumpens animo ac pectore indignatio

Val. Max. 6, 3, 1, b. par indignatio civitatis . . . erupit.

. . rapuisti tu M. Ciceroni lucem sollicitam et aetatem senilem et vitam miseriorem te principe quam sub te triumviro mortem, famam vero gloriamque non abstulisti, ut auxeris.

Porcius Latro: Sen. suas. 6, 8: inutilis vita futura et morte gravior detracta libertate.

Marcellus: Sen. ibd. 10: aliquis deliberat, utrum satius sit vivere cum Antonio an mori cum Catone . . .

Argentarius: Sen suas 7, 7: ut corpus, quod fragile et caducum est, servetur, pereat ingenium, quod aeternum est?

Arellius Fuscus: Sen. suas. 6, 6: nihil aliud intercidet quam corpus fragilitatis caducae . . animus vero divina origine haustus, cui nec senectus ulla nec mors, . . . ad sedes suas et cognata sidera recurret.

Cestius Pius: Sen. suas. 6, 4: si ad memoriam operum tuorum (suppl. respicis), semper victurus es.

vivit vivetque per omnem saeculorum memoriam, dum . . . rerum naturae corpus . . manebit incolume.

Cic. pr. Murena 28: vita tua vigebit memoria saeculorum omnium, posteritas semper tuebitur.

cf. Ovid. met. 12, 6, 17: vivit totum quae gloria compleat orbem.

Phaedrus 4, 26, 5: chartis nomen victurum meis, Latinis dum manebit pretium litteris.[2])

Arellius Fuscus: Sen suas. 6, 5: humanorum operum custos memoria, quae . . . in omnia te

---

[1]) imitationis, qua putaverim fluxisse schema est hoc:

Cicero
|
scholastici
|
Velleius Valerius Cremutius Cordus

[2]) similia invenies: Ov. am. 1, 15, 12, 42. Sen. ctr. 7, 6, 4. Poet. lat. min. (Bährends) I p. 104 265. IV 9. 8, 27. 10. VII p. 127, 17.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

	saecula sacratum dabit. eiusdem: Sen. suas. 7, 8: quoad humanum genus incolume manserit . . . quam diu reipublicae . . . memoria duraverit, admirabile posteris vigebit ingenium . .[1])
omnisque posteritas illius in te scripta mirabitur[1]) (tuum in eum factum exsecrabitur.)	Cic. pr. Mur. 28: posteritas alet.
	Ovid. ap.: Sen. contr. 2, 2, 11: omnis aetas honorabit, omne celebrabit ingenium.
	Asinius Pollio ap.: Sen. suas. 6, 24: huius viri tot tantisque operibus mansuris in omne aevum praedicare . . supervacuum est.
	Silo Pompeus ap. Sen. suas. 7, 11: . . cuius (sc. Ciceronis) scripta per totum orbem terrarum celebrarentur.
	Bücheler: carmin epigraph. 259, 19: accipe, posteritas, quod per tua saecula narres.
citiusque e mundo genus hominum quam (Ciceronis nomen) cedet.	Arellius Fuscus ap. Sen. suas. 6, 5: . . idem virtutis tuae, qui finis est mortalium.

Alias in laudationibus Ciceronis invenias similitudines, si conferas:

Vell. 2, 34, 3. M. Cicero . . . qui effecit, ne quorum arma viceramus, eorum ingenio vinceremu.r[2])	Cic. Brut. 73: quo enim uno vincebamur a victa Graecia, id aut ereptum eis est aut certe nobis cum illis communicatum.

cf. Sen. praef. 1, 6: quidquid Romana facundia habet, quod insolenti Graeciae aut opponat aut praeferat, circa Ciceronem effloruit.

Vell. 2, 67. huius totius temporis fortunam nec deflere quisquam satis digne potuit.	Val. 5, 3, 4. qui talem Ciceronis casum satis digne deplorare posset, alius Cicero non exstat.

cf. auctorem Octaviae 914: quis mea digne deflere potest mala.

Liv. ap. Sen. suas. 6, 22: . . . in cuius laudes exsequendas Cicerone laudatore opus fuerit.

Itaque in similibus de Ciceronis laude sententiis sunt quae ex ipso Cicerone sumptae sint, ita ut non solum Asinius Pollio, sed scholastici quoque „non laudasse Ciceronem, sed certasse cum Cicerone videantur“ (Sen. suas. 6, 25).

Singulis scholasticorum exemplis prolatis in universum liceat adserere, quae similia occurrant apud scholasticos in descriptis magnorum imperatorum expeditionibus magnis velut Xerxis in Graeciam (Sen. suas. 2. et 5.) Alexandri in Indiam (Sen. suas 1. et 4. Curt IX). Caesaris in Britanniam (Vell. 2, 46, 1. Val. 3, 2, 23). Qua in re neminem

---

[1]) similiter Valerius de Porcia M. Catonis filia 4, 6, 5: cuncta saecula debita admiratione prosequentur.

[2]) antithesis, quae inest in opposita verbi „vincendi“ forma activa et passiva, apud scholasticos in deliciis fuisse cum postea sim expositurus, liceat referre hoc loco ad Sen. suas. 2.2, 6.2, 13. 22 contr. 1.1.5, 5.3, 6.4, 7.4.2, 9.6.4, 10.2.5, 9.3.1, 5.8 etc. cf. p. 21.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fere videmus abstinuisse elocutionibus, quales „novum orbem quaerere“ „orbis non capit“ aliis:

Pedo ap. Sen. suas. 1, 15: (de Alexandro) alium quaerimus orbem.

Ovid. met. 5, 463: quaerenti defuit orbis.

Ovid. ars am. 1, 177: parat Caesar . . quod defuit . . orbi addere.

Vell. 2, 46, 1 (de Caes.): alterum paene imperio quaerens orbem.

Curt. 9, 3, 8 (de Alex.): in alium orbem paras ire.

Curt. 9, 6, 20 (de eodem) aliam naturam, alium orbem aperire mihi statui.

Anth. lat. Riese I 438 novas toto terras conquirite mundo.

De uni Alexandro haec:

Cestius ap. Sen. suas. 1, 5: orbis illum suus non capit.

Curt. 7, 8, 12: . . orbis te non caperet.[1])

Albucius Silius ap. Sen. suas. 1, 3: o quantum magnitudo tua rerum quoque naturam supergressa est.

Fabianus ibd. 10 . . . . Alexandrum rerum naturam supergressum. cf. Sen. phil. epp. 94. 63, 119. 7 de benef. 1, 13 Heg, 2, 9, 174. Panegyricos 5, 11 et Klebs: Philolog. 49 p. 229. Norden l, l. p. 309.

Ex iisdem vel similibus declamationibus natas esse opinor eiusdem coloris vel tumoris sententias hasce:

Curt. 4, 14. 24: sol intra fines regni oritur.

Anth. lat. I 424, 4: sol citra nostrum flectitur imperium.

Minuc. Fel. 6, 2 , , . . imperium ultra solis vias et ipsius Oceani limites propagavit.

Val. Max. 3, 2, 32 (p. 123, 9): C. Caesar non contentus opera sua litoribus Oceani claudere . .

Anth. lat. I. 419: qui finis mundo est, non erat imperio.

Philosophorum quoque more in talibus sententiis scholasticorum nonnulli sunt facile amplexi „rerum naturam“[2]):

Jul. Bassus ap. Sen. ctr. 7, 5, 5 si rerum natura pateretur.

Vell. 2. 103, 3: si rerum natura patitur ant mediocritas recipit hominum.

Val. Max. 8, 1, 13 indicatum est enim rerum naturam non recipere . .

De Alexandro:

Fabianus philosophus ap. Sen. suas. 1, 9: sine potius rerum naturam quam fortunam tuam deficere.

Ov. me. 8, 819. suas. 1, 1: quasi deficientis in suo fine naturae pigra moles.

Curt. 9, 4, 18 . . immobiles undas, in quibus emoriens natura defecerit.

cf. Ovid. met. 8, 819: naturamque novat.

„ ars am. 1, 42: sunt mihi naturae iura novanda meae.

Seneca „Grandio“ ap. Sen. suas. 2, 17 de Xerxe: novam rerum naturae faciem imperat.

Sen. Herc. Oet. 46 natura cessit,

„ Phaedr. 174 naturam verte.

---

[1]) cf. non de Alexandro dictum ap. Sen. ctr. 2.1.1; 9, 6, 2 „domus nostra duos non capit“ et „non capit . . magnos motus . . humilis domus.“ deinde Curt. 9.3.7, 9.6.14, 10.5.31, 10.5.36.

[2]) cf. Vell. 2. 66. 5: hoc vel forte vel providentia vel utcunque constitutum rerum naturae corpus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Curt. 7, 11, 4 cupido deinde incessit animo naturam quoque fatigandi.
Sen. phil. ep. 94, 62 ipsi naturae vim parat.

Quem sensum tantopere vexatum hand scio an effinxerint scholastici ad exemplar Sallustii (Cat. 76, 1) naturam ipsam ceteris imperitantem vicerat cf. 75, 2; 20, 2. Heges. 3, 10.

Ex rhetoricis denique laudationum hortulis nemo iam negabit provenisse flosculos. scholasticorum more satis exaggeratos velut:

quod rebus humanis terminum voluit esse natura Curt. 9. 3. 13.
in ultimum paene humanarum rerum persequi terminnm Ct. 9. 2. 9.
humanarum rerum terminos se videre credentem Curt. 6. 6. 13.
humanae sortis oblitus Curt. 4. 7. 25.
supra humanae sortis habitum Sen. suas. 4. 1.
supra humanam fidem evectus . . Vell. 2. 130.
supra humanam naturam evectus . . Vell. 2. 41. 2.
natura sua ei excedendum foret Vell. 2. 68. 5.
humanum fastigium exceditis Curt. 9. 1. 28.
humanum columen egressus Lucan. 7. 594.
si humanum genus omne superaveris Curt. 7. 8. 13.

deinde:

quantas (sc. virtutes) condicio mortalis recipit Vell. 2. 2.
neque simile condicio mortalis recipere videtur „ 1. 104.
virtutum, quot et quanta natura mortalis recipit „ 2 97. 2.
quantum vix poterat aetas eius capere Curt. 10. 5. 31.
quidquid mortalitas capere poterat „ 9. 3. 7.
quidquid mortalitas capiebat „ 10. 5. 36.
mortalitas vix capit „ 10. 5. 31.
supra mortalis animi modum inflatos Sen. suas. 1. 5.
qui modum hominis excederet Curt. 6. 9. 18.
in id evectus, super quod ascendi non potest Vell. 2. 53.

A personis transeamus ad meras sententias, quae ut eandem originem, ita et rerum et verborum communitates ostendunt.

II. Loci communes.

Declamatores quo facilius causas suas auditoribus insinuarent, redigere studebant singulas in formam sententiarum in universum quodammodo spectantium, quas nuncupavimus „locos communes“.

Qui quanta gratia fuerint apud scholasticos, saepius depingitur a Seneca talium rerum auctore luculento Ille enim filios suos rei scholosticae deditos allocutus in praef. 1. 22 adnotat haec: „cum vos sententias audire velitis et quidquid iis adstruxero, molestum futurum sit“. vel praef. 7. 9: „vides, quid velitis: sententias potius audire quam iocos.“ cf. praef. 2. 5, 10. 16 ctr. 7. 5. 12, 7. 6. 22 . .

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Inde intellegitur, quod tam saepe occurunt in litteris aetatis sententiae vel loci communes. Neque mirum potest esse, quod sententiae cum exemplis saepe coniunctae inveniuntur et apud rhetores et apud scriptores eos potissimum, qui exemplis conquirendis operam dederunt. Exemplis enim illustrari vel, ut Valerius ait, repraesentari solent sententiae, quae communes effingutur de patientia, de luxuria, de fortitudine etc.

Alii ab exemplis profecti ad locos deveniunt, alii a sententiis ad exempla. Rhetores, ut rei natura fert, ordiuntur a sententiis, rerum scriptores cum alii tum Velleius et Valerius ex exemplis allatis petunt sententias inde comprobandas.

Itaque ap. Sen. ctr. 5. 1 praecedit sententia haec: „ludit de suis fortuna muneribus"; succedunt exempla: „Gn. Pompeius in Pharsalia victus acie vixit . . . Crassus vixit . ." [1])

Verum Valerius narratiunculae de Atilio ante prolatae (4. 4. 5.) adnectit sententiam hac ratione: „potest Atilius . . docere locupletes, quam sit necessaria solidae laudis cupidini anxia divitiarum comparatio". Neque aliter Velleius, postquam descripsit Sullae facta moresque, pergit (2. 25. 3.): credo, ut in eodem homine duplicis ac diversissimi animi conspiceretur exemplum (idem „credo, ne" ap. Val. 6. 9. 1 p. 311. 22.)

Item Curtius 4. 14. 20 . . forsitan ita dii fatum ordinaverint, ut admonerent nos fragilitatis humanae.

cf. Val. Max. p. 311. 25: Scipio, quem di immortales nasci voluerunt, ut esset, in quo virtus se ostenderet. Vell. 2. 116. 2: . . adulescentis in omnia virtutum exempla geniti.

Similia invenies ap. Vell. I 10.2, 12. 6. II 5. 2; 8. 1; 10. 1; 11. 3; 26. 3; 30. 3; 31. 3; 67. 2. Val. p. 22. 6; 30. 33; 60. 20; 62. 27; 74. 25; 96. 12; 88. 11; 89. 20; 91. 3; 100. 13; etc. (amplius quinquaginta locos adnotavi) Curt. 6. 6. 6.

Neque apud Senecae declamatores deest omnino hic usus: Sen. ctr. 1. 2. 7: voluerunt di immortales in hac puella vires suas ostendere, ut appareat, quam nulla vis humana divinae resistat.

Atque hac in re tanta apparet similitudo, ut in adnectendis sententiis easdem saepius coniunctionis voculas usurpent velut:

adeo (ut): Vell. I 16. 2; II 8. 1; 10. 1; 30. 3; 67. 2. Val. p. 67. 2; 169. 2; 429. 2. lectamento. sunt . . . 432. 15; 443. 16: Curt. 8. 6. 19; 9. 4. 7.

cf. Sen. 2. 7. 8: adeone iam ad omnem patientiam saeculum nos dabit.

„ 2. 1. 13 (Fabiani) adeo aliena loco aut terra aut mare mutata aegris ob. suas. 2. 2 ctr. 1. 3. 8; 1.3.9; 1. 58; 2. 3. 12; 2. 5. 6; 4. 5 . . .

deinde tales: „efficit, ut" tantum efficit, ut" sim. ap. Vell. 2. 5. 2. Val. p. 107,12; 217. 23; 243. 12; 410. 20.

porro „apparet" „ut appareat" sim.: Vell. 2. 11. 3. Val. 60. 20; 262. 13; 423. 14. 463. 17. Curt. 6. 6. 6: „ut appareat unum animunm duorum non capere fortunam"

vel. „sic": Vell I. 10. Val. p. 30. 23. 91. 3. Sen. ctr. 7. 5. 24; suas. 3. 2.

vel. „enim" Vell. 2. 31. 3; Val. p. 22. 6; 82. 4; 89. 20; 248. 5; 333. 12.

---

[1]) cf. ctr. 2. 1. 1., 1. 1. 5.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vel. „quippe“ Vell. 2. 118. 4; Curt. 4. 10. 10; 4. 16. 17; 10. 10. 8.
„credo, ne“ Vell. 2. 25. 3. Val. 62. 17.

Sed, hactenus formae quaedam similitudines. Rerum quoque intercedere similitudines inter locos communes inde iam sequitur, quod officinis scholasticis pleraque debentur et inde in litteras aetatis effluxerunt.

Accedit, quod ut in paucissimis exemplis „horum temporum diserti“ solebant acquiescere, ita „in paucissimos sensus et angustas sententias detrudebant eloquentiam“[1]) Ex quibus quae fuerint celeberrimae traditur a Seneca in praef. 1. 23, ubi verba facit „de his translaticiis quas proprie sententias dicimus, tanquam quae de fortuna, de crudelitate, de saeculo, de divitiis dicuntur. Hoc genus sententiarum supellectilem vocabat Latro.“ Scholasticorum hanc supellectilem nemo, qui tunc scripta edidit, non novit, nemo non ut sua utebatur. Quare fieri omnino non potuit, quin eiusmodi loci ab omnibus tractati, variati repetitl, a nonnullis vel similibus vel iisdem verbis effingerentur. Exemplis ut demonstremus, ordiamur a loco.

1. de varietate fortunae.[2])

Multa cum in aliis locis communnibus tum in hac de fortuna loco deberi philosophiae Stoicorum inprimis vulgari sive diatribis inde iam facile agnoscitur, quod inter rhetores scholasticos reperiebantur, qui philosophiam profiterentur velut Fabianus philosophus et Albucius ille, „cuius intempestiva in declamationibus philosophia sine modo et sine fine evagabatur“ nonnunquam, ut Seneca tradit (praef. 7. 1). Inde factum haud raro videtur esse, ut si quis „philosophiam odoraretur, ex ea locum aliquem orationi suae insereret“.[3])

Eiusdem fortunae exempla, ut ante iam demonstravimus, erant Pompeius Magnus et Marius.[4]) Huc refer:

Curt. 5. 5. 5: miserabile agmen, inter pauca fortunae exempla memorandum.
Val. 7. 1. 1: volubilis fortunae complura exempla rettulimus.

Quam frequenter a scholasticis adhibitus sit locus noster, doceant Senecae rhetores:
Gallio ap. Sen. suas. 5. 8: timendam esse fortunae varietatem.
Curt. 4. 14. 2. 1: fortunae varietate iactamur.
Sen. contr. 1. 1. 16: movit humanorum casuum tam manifesto approbata exemplo varietas.
cf. Corn. Nep. Att. 10; Curt. 4. 5. 2; 3. 11. 23; 3. 8. 20.

Inter Similitudines, quae ad verba ipsa pertinent, afferantur hae:
Ov. met. 13. 646: tanta homines rerum inconstantia versat.
Val. Max. 5. 1. 10: sic mortalium negotia fortuna versat.
Sen. Phaedr. quanti casus humana rotant.

[1]) Tac. dial. 32.
[2]) sic Fabianus ap. Sen. suas. 1. 9. Eundem locum exemplis „illustravit“ Val. Max. in c. 6. 9 et. 7. 1.
[3]) Tac. dial. 19. cf. Sen. ctr. 1. 3. 8, Schütze: Juvenalis ethicus (Diss.) p. 87: rhetores saepe eadem tractabant quae philosophi. p. 89: sententias philosophas vel morales orationi ornatus causa immiscebant.
[4]) Porcius Latro (Sen. c. 1. 1. 3) omnis instabilis et incerta felicitas est. quis crederet iacentem supra crepridinem Marium (aut) fuisse consulem aut futurum? P. Asprenas (ibd. 5): quos provexerat fortuna, destituit. Quid referam Marium sexto consulato Carthagini mendicantem, septimo Romae imperantem?

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Curt. 5. 8. 14: equidem quam versabilis fortuna sit, documentum ipse sum.
Blandus: Sen. ctr. 1. 1. 17: o graves, Fortuna, vices tuas.
Curt. 4. 14. 19 . . breves et mutabilis vices rerum sunt . .
P. Asprenas: Sen. ctr. 1. 1. 10 mutabiles est casus.
Ov. met. 15. 165: omnia mutantur.
Anth. lat. I 415. 64: fors varias mutat mobilitate vice.
Vell. 2. 75. 2: qui fortunae mutationes, quis dubios humanarum rerum casus satis mirari queat.
Porro ostendunt. similitudines:
Vibius ap. Sen. ctr. 2. 1. 9: nulla certa felicitas est.
Porcius Latro ap. Sen. ctr. 2. 1. 1: fragilis et caduca felicitas est.
Val. Max. 6. 9 ex 7: caduca nimirum et fragilia puerilibusque consentanea crepundiis sunt ista, quae vires atque opes humanae vocantur.
Sall. Jug. 5. 11: fors omnia regere.
Tac. ann. 1. 49: cetera fors regit.
Octavia 924: regitur fatis mortale genus.
Juv. 9. 33: fata regunt homines.
Sall. Cat. 53: fortuna, cuius lubido gentibus moderatur.
„ „ 8: fortuna in omni re dominatur.
Liv. 3. 27: puncto saepe temporis maximarum rerum momenta verti.
Tac. ann. 5. 4: brevibus momentis summa verti.
Sen. Agam. 928: o nulla longi temporis felicitas.
Sen. ctr. 1. 1. 5: instabilis fortunae exempla.
Vibius ap. Sen. c. 2. 1. 9: nulla certa felicitas est.
Latro ap. Sen. c. 1. 1. 3: omnis instabilis et incerta felicitas est.
Triarius ap. Sen. suas. 2. 3: nunquam solido stetit superba felicitas.
Curt. 4. 5. 1: nunquam diu eodem vestigio stare fortunam.
Fabianus ap. Sen. s. 1. 9: nihil esse stabile, omnia fluitare et incertis motibus modo attolli, modo deprimi.
Albucius Silus. Sen. ct. 1. 1. 10: divitias . . incertae fortunae fluctus appellet.
Calp. Flacc. decl 8: nesciunt stare successus.
Fabianus: Sen. s. 1. 9: ea demum est magna felicitas, quae arbitrio suo stetit.
Deinde:
Sen. ctr. 5. 1: ludit de suis fortuna muneribus.
Porcius Latro: Sen. ctr. 2. 1. 1: divitias putas aurum et argentum, ludibria fortunae, quae interim cum ipsis dominis veneunt.
Curt. 5. 15. 20: nova ludibria excogitante fortuna.
Calp. Fl. decl. 42: fortuna sicut solet, ipsa suis muneribus invidet. cf. ante Sen. c. 5. 1.
Curt. 4. 14. 19: fortuna nunquam simpliciter indulget.
Latro ap. Sen. c. 2. 1. 1: fortuna sine causa saepe fovit et sine ratione destituit.
P. Asprenas: Sen. c. 1. 1. 5: quos provexerat fortuna, destituit.
Vell. 2. 110: rumpit interdum, interdum moratur proposita hominum fortuna.
Sen. c. 5. 1: fortuna, quae dedit, aufert, quae abstulit, reddit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Publ. Syrus (Spengel) 293: levis est fortuna, cito reposcit, quod dedit.
id. 167: fortunam citius reperias quam retineas.
Sen. Agam. 191: quidquid in altum fortuna tulit, ruitura levat.
Octavia 377: quid me . ., Fortuna, alte extulisti, gravius ut ruerem . .
ibd. 471: quidquid excelsum est, cadat.
Sen. d. brev. vit. 17. 4: omne enim . . quo altius surrexit, opportunius est in occasum.
Sen. ad. Pol. d. cons. 16: . . fortuna in hoc erexerat, ne minus alte eum deiceret quam patrem deiecerat.
Sall. Cat. 11. 7: secundae res sapientium animos fatigant.
Porcius Latro: Sen. c. 1. 1. 3: quid non timendum felicibus putas? quid desperandum infelicibus?
Curt. 5. 13. 25: neminem magis natere fortunae, quam qui pluribus eiusdem blanditiis[1]) inretitus iugum illius toto cervice receperit.
Liv. 9. 17. 6: Cyrum . . quid nisi longa vita . . vertenti praebuit fortunae.
Calp. Fl. decl. 8: omnium calamitatum materia est homo diu felix.
Sen. Herc. Oct. 643: rarum est felix idemque senex.
Val. Max. 7. 2. 2: . . ad ultimum usque fati diem ancipiti fortunae subiecti essemus.
id. 9. 12. 1 eum felicem fuisse iudicamus, cui et accipere lucem prospere et reddere contigit.
Sen. ad Marc. d. cons. 12. 4: non durat nec ad ultimum exit nisi lenta felicitas.
Vell. 2. 57. 3: profecto ineluctabilis fatorum vis, cuiuscunque fortunam mutare constituit, consilia corrumpit.
Vell. 2. 110: cuius fortunam mutaturus est deus, consilia corrumpit.
Curt. 8. 4. 24: fortuna, contra quam non satis cauta mortalitas est.
Vell. 2. 118. 2: frequentissimum initium esse calamitatis securitatem.
cf. miser, qui nunquam miser. (Gellius 19. 10. 12).

Transeamus ad alterum exemplum vix minus a scholasticis pertritum atque variatum.

2. de saeculo et divitiis.

Alter enim locus cum altero arte cohaeret, ut brevi ostenditur.

Philosophorum, inprimis Stoicorum hac in re potissimum erupit indignatio veluti apud Senecam Fabiani philosophi:

praef. 2. 2: Fabianus . . quotiens inciderat aliqua materia, quae convitium saecul reciperet, inspirabat magno magis quam acri animo.
Sen. ctr. 10. 4. 18 de Labieno: et hoc genere insectatus saeculi vitia.

Cuius loci exempla, quae quidem occurrant apud Senecam aetatisque scriptores subsequantur:

Sen. s. 6. 9 de Albucio: hic insectatio temporum fuit.

Ordiamur a Sallustio:

Cat. 53. 5: postquam luxu ac desidia civitas corrupta est.
„ 5. 8: corrupti civitatis mores.

[1]) Sen. c. 2. 1. 1: blandientis fortunae speciosus cum periculo nitor. Publ. Syr. 187 Spgl. fortuna cum splendet, frangitur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Fabianus: Sen. c. 2. 5. 7: ut saeculi mos est, in deterius luxu fluente.
Val. Max. 9. 1. 3 . . in ipso introitu ruenti luxuriae obstitissent.
Flor. 4. 12. 65: fluens in luxum saeculum.
Quinct. dcl. 3, 1: in hoc ruentis in deteriora saeculi cursu.
Tac. hist. 4. 36: effusi in luxum et epulas et nocturnos coetus.
Vibius Gallus: Sen. ctr. 7. 5. 3: o magnam in contrarium saeculi nostri perversitatem
Silo Pompeius: Sen. c. 1. 2. 20: potest aliquam corrumpere prolapsi in vitia saeculi prava consuetudo.
Julius Bassus: Sen. c. 9. 4. 6: usque eo saeculum mutatum est.
Latro: Sen. c. 2. 7. 1: eo prolapsi iam mores civitatis sunt, ut nemo ad suspicanda adulteria nimium credulus possit videri.
Latro: Sen. c. 2. 7. 8: adeone iam ad omnem patientiam saeculum nos dabit.
Arellius Fuscus: Sen. c. 1. 7. 5: hoc prorsus fabularum repleto sceleribus nostris saeculo deerat . .
Octavia 431: saeculo premimus gravi, quo scelera regnant.
Tac. Germ. 19: nemo illic vitia ridet nec corrum pere et corrumpi saeculum vocatur.

Huic saeculo obicitur saeculum prius vel „prisca" aetas: hoc sceleribus repletum, pristinum tempus omnium vitiorum immune describitur, in hoc nemo non vehementer invehitur, illud praedicat; praesentem luxum moresque devovet atque obsecratur, laudator est temporis acti, paupertatis, pudicitiae, simplicitatis.

Val. 4. 4. fin: exsurgamus . . animis pecuniaeque adspectu debilitatos spiritus pristini temporis memoria recreemus, nom per Romuli casam perque veteris Capitolii humilia tecta . . iuro nullas divitias talium virorum paupertati posse paeferri.
Julius Bassus: Sen. c. 1. 6. 4: nudi stetere colles interque tam effusa moenia nihil est humili casa nobilius: fastigatis supra tectis auro puro fulgens praelucet Capitolium.
Petron. sat. 88: priscis temporibus, cum adhuc nuda virtus placeret, vigebant artes ingenuae . . at nos vino scortisque demersi ne paratas quidem artes audemus cognoscere.
Ov. ars am. 1. 241: aevo rarissima nostro simplicitas.
Val. Max. 8. 2. 4: quid aliud hoc loci quam verecundiam illius saeculi laudemus.
ibd. 4. 3. 7: si frugulitatis eius exemplum posterior aetas sequi voluisset.
ibd. 9. 1. 6: eodem tempore diversa saecula habitarunt, frugalissimum alterum, alterum nequissimum.
ibd. 9. 1. 5: de Metello Pio: cuius adulescentia priscos mores vidit, senectus novas orsa est.
ibd. 9. 1. 1: . . hoc priscae continentiae ignotum deverticulum.
ibd. 8. 1. 8: . . innocens, nisi tam prisco saeculo natus esset.
Vell. 2. 127. 4: virum hilaritatis priscae.
cf. denique totum apud Valerium caput „de luxuria et libidine" inscriptum.
Huc refer: Verg. Aen. 8. 360. Propert. IV. 1. 3. 6. 4, 10. 25; 4. 3. 6. Tibull. 2.5. 26.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ov. Fast. 4. 804. Manil 2 596. 4. 27. Sen. dial. 12. 9. 3. Lucan. V. 175, 667. VII. 390. Plin. Hist. nat. 3. 56. Flor. 1. 6. 11.

Hinc quoque ut priscae Romae ita ferarum gentium, quae adhuc simplicitati indulgent blandae descriptiones velut Germanorum apud Tacitum.

Huius saecui proprium maxime eraut divitiae et luxuria, pristini paupertas. Itaque cum saeculi loco arte cohaeret, quod scholasticorum mos. erot, ut „pauper tatem laudarent, in divitias inveherentur" cf. Sen. c. 2. 1. 21.[1])

Fabianum philosophum Seneca narrat in divitias dixisse, non in divitem (c. 2. 1. 25) de eodem Sen. c. 2. 1. 25: in divitias dixit: esse quae frugalitatem, quae pietatem expugnassent, quae malos patres, malos filios facerent.

Indignatio Stoicorum inprimis erupit in describendo quadam cum voluptate divitiarum luxuriaeque pessimo malo.[2])

„Divitias describere volo" Gallus Vibius identidem exclamasse in controversia quadam tradit Seneca c. 2. 1. 26.

Fabianus: Sen. c. 2. 6. 2: noli pecuniam concupiscere . . . Haec est quae auget discordiam, urbes et terrarum orbem in bellum agitat, humanum genus cognatum natura in fraudes et scelera et mutuum odium instigat.

idem: c. 2. 1. 11: . . in quid tandem sic pestiferae illae divitiae expetuntur, si ne in hoc quidem, ut liberis relinquantur. quid tandem est, quon non divitiae corruperint.

Gallus Vibius: c. 2. 1. 26: non me delectant ignoti servorum domino greges nec sonantia laxi ruris ergastula . .

Nonne poëtam hic describere putares?

Contra paupertas laudatur: Val. Max. IV 4.

Sen. c. 2. 1. 12: o pauperies, quam ignotum bonum es.

c. 2. 1. 18 dicta praetereo milia corruentium inter divitias suas exemplorum . . scio nostros fugisse maiores, hoc illum Ael. Tuberonem, cuius paupertas virtus fuit, . . hoc ceteros patres nostros, quos apud aratra[3]) ipsa minantes pecora sua circumsteterunt lictores . .

cf. Man. II 596, IV 134. 541, V 195, 292, 374, 401, Plin. hist. nat. 9. 104, 19.52, 26. 93, Calp. Fl. dcl. dcl. 11.

Qua in re quae occurrunt inter scriptores aetatis similitudines, cum creberrimae sint, tamen, ne longus sim, exceptis paucis hic affere praetermitto:

Verg. Ecl. 1. 68: pauperis et tuguri congestum caespite culmen.

Val. 7. 1. 2. Apollo Gygi „respondit magis se probare securitate ridens tugurium quam tristem curis et sollicitudinibus aulam, pauscasque glebas pavoris expertes quam pinguissima Lydiae arva metu referta . .

---

[1]) Haec proferendi frequentissima erat facultas in crebris illis controversiis, in quibus causa erat inter pauperem et divitem eorumque filios cf. Sen rhet. 2. 1, 5. 2, 5. 5, 8. 6, 10. 1, 16.6, Calp. Flocci dcl. 27, 28, 29, 36, 50, 53, Quinct. decl. mai. 7, 9, 10, 13. min. 247, 259, 279, 294, 301, 304, 305, 332, 333, 343, 344, 345, 364, 376, 379.

[2]) cf. Diels: Abh. d. Berl. Akad. 1885 p. 4. Schütze l. l. p. 18 sqq. vel. p. 87: Rhetores saepe eadem tractabant, quae philosophi, ut num fugienda paupertas (Cic. d. or. 3. 112).

[3]) simplicitatis exempla „illi ab aratro": cf. Sen. c. 2. 6, 4. Plin. hist. nat. 18. 120. 26. 11: Morowki: rhetor. ampullae IV.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quinct. decl. 13. 2: humulis tuguri rusticum culmen.
Sen. Herc. Oct. 652: pectora pauper secura gerit Octav. 895 bene paupertas humili tecto contenta latet.
Sen. Phaedr.: a servat placidos obscura quies praebetque senes casa securos.
deinde de luxuria, qua nihil magis mortiferum ingeniis est. Sen. praef. 1. 7.
Sall. Cat. 13. 3: vescendi causa terras mariaque omnia exqirere.
Fabianus: Sen. c. 2. 1. 11: ad delicias dementis luxuriae lapis omnis eruitur.
Manil. 4. 398: ut veniant gemmae, totus transibitur orbis.
Lucan. quod luxus . . toto quaesivit in orbe.
Plin. hist. not. 26. 43: huic (sc. alvo) luxuria condit, huic navigatur ad Phasim, huic profundi vada exquiruntur.
Manil. 5. 202: tecti auro . . iam vescimur.
Plin. hist. nat. 9. 105: qui viscimur periculis, iam vestiamur.

Divitiae et luxuria eae potissimum indignationem movent et philosophorum et rhetorum eorumque asseclis, quae naturae impugnent.

„Habent hoc deliciae divitum: malunt quaerere omnia contra naturam“ Quinct. dce. min. 354) hoc crimen omnibus locis varil repetitur:
Labienus: Sen. c. 10. 4. 7: viri contra naturam divitias suas exercent.
Sen. Herc. Oet. 631: avidis, avidis natura parum est.

Exordiamur ut saepius ita hac in re a Sallustio:
Cat. 13. 1: nam quid memorem a privatis compluribus subvorsos montis, maria constrata esse? Quibus mihi videntur ludibrio fuisse divitiae.
Cat. 20. 11: . . divitias . . profundunt in exstruendo mari et montibus coaequandis.
Fabianus: Sen. 2. 1. 13: ex hoc litoribus quoque moles invehuntur congestisque in alto terris exaggerant sinus, alii fossis inducunt mare: adeo nullis gaudere veris sciunt, sed adversum naturam aliena loco aut terra aut mare mutata[1]) aegris oblectamento sunt.
Rhetor quidam ap. Sen. c. 5. 5: . . maria proiectis molibus summoventur.
Neque Velleius huius loci inserendi occasionem praetermisit: 2. 33. 4 . . Lucullus, profusae huius in aedificis luxuriae primus auctor fuit, quem ob iniectas moles mari et receptum suffossis montibus in terram mare haud infacete Pompeius Xerxem togatum[1]) vacare adsueverat.

Subiungam hic, quae similia proferuntur in descripto aedificiorum luxu:
Sall. Cat. 12. 3: cum domos atque villas cognoveris in urbium modum exaedificatas.
Sen. c. 5. 5: . . infininitis porrectae spatiis ambulationes et urbium solo aedificatae domus non nos prope a publico excludunt? . . arata quondam populis rura singulorum nunc ergastulorum sunt latiusque vilici quam reges imperant.
Val. Max. 4. 4. 7: anguste se habitare nunc putat, cuius domus tantum patet, quantum Cincinnati rura patuerunt.

---

[1]) cf. de Xerxe ap. Sen. suas. 2. 3: maria ac terras, rerum naturam statione immutavit sua.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Fabianus: Sen. c. 2. 1. 11: aedes . . in tantum extruxere, ut . . sint nunc periculo, non praesidio: tanta altitudo aedificorum est, ut neque adversus ignem praesidium, neque ex ruinis ullam in partem effugium sit. cf. Juven.

Rhetorum causae haud paucae[1]) facultatatem offerebant scholasticis declamdi

3. de morte.

Tertio igitur loco proferam de mortis loco communi a scholasticis vulgo tractato[2]) quae similia memoratu mihi digna videbantur.

Ac primum quidem sunt qui subitos mortes describentes consentiant.

Seneca narrat de Musa rhetore in praef. 10. 9: de subitis mortibus memini eum dicentem: [quidquid avium volitat] quidquid piscium natat, quidquid ferarum discurrit, nostris sepelitur ventribus. quaere nunc, cur subito moriamur: mortibus vivimus.

Manil. 4. 16: nascentes morimur cf. C I L II 4426 XI 3274.

„ 4. 534 se quisque et vivit et effert.

Certam hominibus esse mortem sunt qui affirment velut:

Arellius Fuscus ap. Sen. 1. 2. 2: statuta nascentibus in finem vitae dies est.

Sen ep. mor. 99. 8: cui nasci contigit, mori restat.

Büch. carm. ep, 1567. 7: cui contigit nasci, instat et mori.

Multiplices esse mortis vias alii praedicant:

Cestius ap. Sen. c. 7. 1. 9: multas rerum natura mortis vias aperuit et multis itineribus fata decurrunt.

Publius Asprenas: Sen. c. 1. 8. 6: totidem ad mortem viae sunt.

Ovid. her. 10. 81: . . occurunt animo pereundi mille figurae.

Sen. Oed. 151: mille ad hanc aditus patent. sim. Sen. de prov. 6. 6.

Ov. met. 11.538: totidemque videntur quot veniant fluctus ruere atque irrumpere mortes

Tibull. 1. 3. 50: nunc leti multa reperta via est.

Cestius Pius Sen. c. 7. 1. 9: haec est condicio miserrima humani generis, quod nascimur uno modo, multis morimur[3]) . . mille aliae mortes insidiantur huic miserrimae animae.

Mors quid sit, identidem similiter exponitur:

Arellius Fuscus ap. Sen. s. 2. 2: optamus plerique mortem: adeo in securam quietem recessus ex vita est.

Corn. Nep. Att. 22 . . ut non ex vita, sed ex domo in domum videretur migrare

Vell. I. 17: hoc est nimirum magis feliciter de vita migrare quam mori.

Sall. Cat. 51. 20: in miseris mortem aerumnarum requiem esse.

Sen. Agam. 591: . . miseros libera mors vocet portus aeterna placidus quiete.

„ „ 790: optatus ille portus aerumnis adest.

„ Herc. Oet. 1021: mors sola portus dabitur aerumnis meis.

---

[1]) velut de homicida actiones ap. Sen. c. 5. 1; 10. 4 et suas. secunda qua agitur de trecentis Laconibus, qui „deliberant, an et ipsi fugiant".

[2]) cf. Val. Mar in capite IX 12 de mortibus non vulgaribus.

[3]) similis antithesis in eadem re ap. Sen. phil. epp. 70. 14 unum introitum — exitus multi.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tac. hist. 4. 58 mortem finem miseriarum. Curt. 5.7. 9 . . ultimum omnium mors est.
Calp. Flacc. dcl. 1. mors certo finis est sine respectu.

Mortem optandam esse rem neque metuendam ut in scholis pertrectaretur, alliciebant causae velut Sen. suas. 6 [1]). Inde consensiones haec:

Cic. (pro Mil. 37): verbum a Cestio Pio laudatum ap. Sen. suas. 7. 3: mori enim naturae finis est, non poena.
Büch. carm. ep.? mors hominum natura, non poena est.
Sen. Herc. Oet. 930: interim poena est mori, sed saepe donum.
Ov. her. 10. 82 mors . . minus poenae quam mora mortis habet.
Quinct. inst. orat. 8. 5. 6 usque adeone mori miserum est?
Sen. c. 3. 5: crudelius est quam mori semper mortem timere.
Curt. 10. 5. 28 mortis . . metus ceteros exanimat.
Sen. Tro. 869: optanda mors est sine metu mortis mori.
Quinct. decl. 7. o mors laudanda fortibus, expetenda miseris, non recusanda felicibus.
Sen. Tro. 331 mortem misericors saepe pro vita dabit.
Vell. 2. 66: . . vitam miseriorem te principe quam sub te triumviro mortem . .
Sen. c. 84: quid est in vita miserius quam mori velle.
Büch. carm. ep. 1559: mors levior est poena quam quaerere mortem.
Sen. Ag. 996: mortem aliquid ultra est? vita, si cupias mori.

Quare nefas putatur prohibere „mori volentem“:

Sen. c. 84: non magis crudeles sunt, qui volentes vivere occidunt quam qui volentes mori non sinunt.
cf. Hor. ep. ad Pis. 466: invitum qui servat, idem facit occidenti.
Sen. Herc. Oet. 929: quincunque misero forte dissuadet mori, crudelis est.
id. Phoen. 98: qui cogit mori nolentem in aequo est quique properantem impedit.
id. de ira 1. 16. 3 interim misercordiae genus est occidere.[2])

Sed quaestiunculae circumcisum spatium ne excedamus, necesse erit, quae excutienda mihi sunt de locis communibus reliqua brevius complecti. Itaque in extrema parte dicendum erit

4. de diversis aliis locis communibus.

Initium capiamus a sententiis quibusdam, de loco „spei“ petetis, quibus plerisque fere aliquid inest inopinati[3]) hisce:

Verg. Aen. 2. 354: una salus victis nullam sperare salutem.
Ovid. met. 14. 490 secura summa malorum.

---

[1]) „deliberat Cicerc an Autoninum deprecetur.“ cf. historicorum landationes funebres a Seneca adsertas 6. 15 - 27; respice ad p. 23.

[2]) de his mortis voluntariae laudationibus scholastis cf. Morawski (Rhet. Rom. ampullae II) qui porro affert: Plin. hist. nat. 2. 27, 156. Sen. epp. 70. 14 de prov. 6. 7. Herc. fur. 933 Lucan. 9. 211 etc. Eiusmodi dicta sapere nemo non sentit Stoicorum philosophiam quam apud scholasticos multum valere iam ante exposuimus.

[3]) de illis, quos, propie „sensus“ scholastici vocabant, in parte altera quaestiumculae nostrae verba faciemus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sen. c. 5. 1: spes ultimum adversarum rerum solatium.
„ c. 4. 1: hoc solatium, quod miserior esse non possum.
Sen. phil. Phoen. 89: unica Oedipodae salus est, non esse salvum.
„ Agam. 146: cui ultima est fortuna, quid dubiam timet?
cf. Calp. Fl. 5: inquieta res est homo, cui iam in deterius nihil superest.
Curt. 5. 4. 31: desperatio spei causa est.
Vell. 2. 5. 2: . . spes desperatione quaesita. . .

Alius locus communis late diffusus petitur ex „invidia“:
cf. Blandus ap. Sen. c. 1. 8. 10: . . „quam periculosa res esset invidia, quam magnos viros expressisset, hic exempla“.
Postumius ibd. 7. 6. 20: nihil est invidia periculosius.
Vell. 2. 40. 5: raro eminentia invidia carent.
Sall. Jug. 55. 3: post gloriam invidiam sequi.
Val. 4. 7 ex 2: nulla tam modesta felicitas est, quae malignitatis dentes vitare possit.
Sen. Herc. Oet. 609: tenet auratum limen Erinys . . . comes invidia est.
et sim. velut.: Sall. Cat. 6. 4, Vel. I 9. 6, II 30. 3, 31. 3, Calp. Flaccus 10 etc.

Commune saeculi vitium inde a Sallustio a plerisque increpitatur avaritia, quae „fidem, probitatem ceterasque artis bonas subvortit“ (Sall. Cat. 10. 4) cf. Val. Max in eius, quo huius vitii exempla collegit capitis praef. (IX 4): „protrahatur etiam avaritia, latentium indagatrix lucrorum, manifestae praedae avidissima vorago, neque habendi fructu felix et cupiditate quaerendi miserrima“.
deinde Sen. c. 2. 7. Manil. 4. 936, 5. 277. Heges. 2. 8. 14 etc.

„Dirae necessitatis“ collegit exempla Val. Max. 7. 6 ac de eadem protulerunt sententias:
Sen. c. 4. 4: necessitas est, quae navigia iactu exonerat, necessitas est, quae ruinis incendia opprimit, necessitas est lex temporis.
Varius Geminus: Sen. c. 7. 2. 9: „ad quaedam enim nulla nos debet necessitas compellere.“ Hoc in sensum“ mutavit:
Sen. epp. 12. 10: in necessitate vivere nulla necessitas est.
deinde: Sall. Cat. 58. 19: necessitudo, quae etiam timidos fortis facit.
Curt. 5. 4. 31: ignaviam quoque necessitas acuit.

Huc refer luculentum hac in re sententiarum cognationem quam detexit Morawski (Eos II p. 8):
Montanus: Sen. c. 9. 45: necessitas magnum humanae imbecillitatis patrocinium est
Val. Max. 2. 7. 10: humanae imbecilitatis efficacissimum duramentum est necessitas
cf. Curt, 8. 4. 11: efficacior in adversis necessitas acuit et. Publ. Syr. v. 401, 405, 407, 423.

De virtute et de vitiis, quas repperi sententias hic excutere longum erit: Non nullas iuvenies ad virtutem pertinentes ap.: Sen. c. 1. 8. 3, 4. 7, 10. 2. 5. Vell. 2. 2. 2. Val. 3. 2. 7; 5. 6 ex 4. Curt. 5. 9. 7. Man. 4. 397, 404; 5. 375 etc. vel ad vitia: Sen. c. 2. 7, 3.3, 2. 4. 4, 2. 6. 4, 2. 6. 6 etc.

Variae ut iam ante vidimus,[1]) de „rerum natura“ effectae sunt sententiae velut:

[1]) cf. p. 24.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

velut: Sen. c. 2. 5. 7 Fabiani: sui iuris rerum natura est neque ad leges humanas componitur.
ibd. 7. 1. 17 (Latronis): naturae iura sacra sunt.
Curt. 9. 3. 13: rebus humanis terminum voluit esse natura.
Ov. met, 9. 759: natura potentior omnibus istis.
cf. Sen. 1. 4. 5 (Arelli Fusci), 1. 7. 2 (Latronis) 7. 1. 9. Curt. 7. 11. 10, 8. 2. 1. Vell 2. 66. Sen. Herc. Oct. 631 alia.

„Amatoriis non artibus tantum, sed sententiis hoc saeculum implevit", ut Cestii rhetoris verbis utar (Sen. c. 3. 7), Ovidius Naso poëta, qui „tunc, cum studeret, habebatur bonus declamator" (Sen. c. 2. 2. 9):

Her. Sapph. 43: meminerunt omnia amantes.
ars. am. 2. 648: incipiens omnia sentit amor. met 4. 68: quid non sentit amor?
hor. 5. 21 credula res amor est = met. 7. 827.
Sen. Phaedr. 634: o spes amantum credula, o fallax amor.
Ovid. her. 1. 12: res est solliciti plena timoris amor.
ars. am. 2. 233: miltiae species amor est.
her. 4. 11: quidquid amor iussit, non est contemnere tutum.
Sen. Med. 46: amor timere neminem verus potest.
Octav. 557: amorem fingit immitem deum mortalis error.

De amore et luxuria haec:
Ovid. rem. am. 746: divitiis alitur luxuriosus amor.
Octavia 562: luxu otio nutritur inter laeta Fortunae bona.
Sen. Phaedr. 204: quisquis secundis rebus exsultat nimis fluitque luxu, semper insolita appetit tunc illa magnae dira fortunae comes subit lubido.
de senum amore agit: Ov. ap. Sen. c. 2. 2. 10. her. 4. 19, ars am. 1. 9. 4, Quinct. dcl. 2. 14
de uxoribus divitibus: Julius Bassus ap. Sen. c. 1. 6. 5, Arellius Fuscus ibd. 1. 6. 7 Sen. Phoen. 596. Juv. 6. 460. Quinct. decl. 1 . . .

Locorum communium ut agmen claudamus, postremo liceat adnectere continuam quandam sententiarum seriem, quam profert Velleius in degressione[1]) ea, qua agit de litterarum flore brevibus usque temporum spatiis circumciso in c. I 17 et 18, unaque cum similibus locis ex scholasticorum libris repetitis oculis subicere:

Vell. I. 17. 6 alit aemulatio ingenia et nunc invidia nunc admiratio imitationem accendit. — naturaque quod summo studio petitum est, ascendit in summum difficilisque in perfecto mora est naturaliterque quod	Sen. praef. 1. 6: non est unus, quamvis praecipuus sit, imitandus, quia nunquam par fit imitator auctori. Plin. paneg. 13. 4 .. tunc enim illum imitationis ardor semperque melior aliquis accenderet cf. Hippocr. Aphor. I 3. Cic. Tusc. II 2: oratorum laus ducta ab humili venit ad summum, ut iam, quod natura fert in omnibus fere rebus, senescat brevique tempore ad nihilum ventura videatur.

[1]) mos enim erat quam priorum velut Sallustii tam rhetoricorum scriptorum, ut data occasione „paulum itinere decedere non intempestivis amoenitatibus (Plin. epp. 1. 2) studerent atque ita lectorum animis praebere „deverticula amoena" (Liv. 9. 17 cf. Mor. Ztschr. d. d. östr. Gym. 1893 p. 97).

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

procedere non potest, recedit . . . . studium cum spe senescit, et quod assequi non potest sequi desinit.[1])	Sen. praef. l. 7: . . lex est, ut ad summum perducta rursus ad infimum velocius quidem quam ascenderant, relabantur. Albucius Silus ap. Sen. s. 1 3: quidquid ad summum pervenit, incremento non reliquit locum. Sen. phil. c. ad Marc. 28 quidquid ad summum pervenit, ad exitum prope est, nam ubi incremento locus non est, vicinus occasus est. Celsus de med. II 2: quia neque in eodem habitu subsistere neque ultra progredi possunt, fere retro quasi ruina quadem revolvuntur. Calpurn Flaccus. decl. 8: nesciunt stare successus et quoties prodire felicitas non potest, redit. =

Haec fere habui, quae exponere vellem de priorum argenteae latinitatis scriptorum studiis scholasticis, quatenus pertinent ad eusdem vel rei vel argumenti consensiones eas, quae vel iisdem vel similibus verbis expressae occurrant.

Quam rerum verborumque communem quandam litterarum speciem nihil fere conferre ad exquirendos ac pro certo statuendos singulorum scriptorum, quibus hauserint fontes demonstrasse si videor, disputatiuncula mea quod volui effeci.

Facultate, quae quod liberaliter oblata mihi est gratiam habeo, otiorum meorum proferendi hic fructus iterum data disserere mihi de mera sermonis forma sive dictione scholastica ac primum quidem de verborum sensuumque, deinde de figurarum quae exstant similitudinibus in animo est.

[1]) cf. Quinct. inst. or. 2. 5. 10. Tac. dial. 18 Petron. 88 Lucian. de subl. 44. 6 Norden l. l. I p. 245 Morawski Eos II p. 10.: „eiusmodi quaestiunculae multorum illo tempore occuparunt animos."

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Schulnachrichten.

I. Allgemeine Lehrverfassung.

1. Übersicht über die Lehrgegenstände und ihre Stundenzahl.

Lehrgegenstände:	Ia g	Ib g	IIa g	IIb g	IIb r	IIIa g	IIIa r	IIIb g	IIIb r	IV g	IV r	V g	V r	VI g	VI r	Zusammen	Vorschule 1	Vorschule 2	Vorschule 3	Zusammen
Christl. Religion: evangelisch	2	2	2	2		2		2	2	2	2	2		3	3	26	3		2	5
katholisch			2							2						(4)	—	—	—	—
Deutsch u. Geschichtserzähl.	3	3	3	2	3	2	3	2	3	3	4	3	5	4	6	50	8	8		16
Lateinisch	7	7	7	7	—	8	—	8	—	8	—	8	—	8	—	68	—	—	—	—
Griechisch	6	6	6	6	—	6	—	6	—	—	—	—	—	—	—	36	—	—	—	—
Hebräisch	wfr. 2		wfr 2	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	4	—	—	—	—
Französisch	3	3	3	3	5	2	6	2	6	4	6	—	6	—	6	55	—	—	—	—
Englisch	wfr. 2		wfr 2	—	4	—	4	—	5	—	—	—	—	—	—	17	—	—	—	—
Geschichte	3	3	3	2		2	2	2	2	2	3	—	—	—	—	25	—	—	—	—
Erdkunde				1		1	2	1	2	2	2	2	2	2	2	19	—	—	—	—
Mathematik	4	4	4	4	5	3	5	3	5	2	4	—	—	—	—	43	—	—	—	—
Rechnen	—	—	—	—	—	—	—	—	1	2	2	4	4	4	4	21	6		4	10
Naturbeschreibung . .	—	—	—	—	2	—	2	2	2	2	2	2	3	2	2	20	—	—	—	—
Physik, Chemie, Mineralogie	2	2	2	2	4	2	2	—	—	—	—	—	—	—	—	16	—	—	—	—
Schreiben	—	—	—	—	—	2				2		2	2	2	2	12	2		—	2
Freihand-Zeichnen . .	2**)					2	2	2	2	2	2	2	2	—	—	18	—	—	—	—
Linear-Zeichnen . . .	—	—	—	—	wfr 2	—	wfr 2		wfr 2	—	—	—	—	—	—	4	—	—	—	—
Singen	2											2		2		6	2		1	3
Turnen	3			3				3		3		3		3		18	3*	—	—	3
Summa .	35†)	35†)	35†)	35†)	35†)	37	37†)	37	37†)	36	34	30	30	30	30	458	24	21	15	39

*) Vereinigt mit VI.

**) Wahlfrei für die Gymnasiasten.

†) Ohne die wahlfreien Stunden.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf